


colorchecker CLASSIC



mm
10 20 30 40 50 60 70 80 90 100




10063. II. B. c. 2.


✓

✓

10063. II. B. c. 2.

si





BIBLIOTHECA SLAVICA

ANTIQUISSIMAE DIALECTI
COMMUNIS ET ECCLESIASTICAE
UNIVERSAE
SLAVORUM GENTIS.

STUDIO ET OPERA
FORTUNATI DURICH
SOC. SCIENT. BOH. MEMB.

PRIMUM EMITTITUR.



— est antiquius facere agrum, quam colere. colum.

VOLUM. I.

VINDOBONAE,
SUMTIBUS STEPHANI NOVAKOVITSCH,
EN PRIVILEGIATA C. R. TYPOGRAPHIA SLAVO-SERRORUM
M. DCCXCV.

BIBLIOTHECA
AD VALOREM

LIBRARIA
AD VALOREM

LIBRARIA
AD VALOREM

IN=030003606

SOCIETATI. SCIENTIARVM.
BOHEMICAЕ.

VT. NIHIL. STVDIORVM. QVOD. VESTRVM. EST.
MORTALE. ESSÈ. SENTIANT. SVCESSORES.
QVAM. SERISSIMI. QVI. VTILITATI. PVBLICAE.
ET. ORNAMENTO. PATRIAE. PRODESSE.
VOLVERINT. HOC. PRIMVM. BIBLIOTHECAE.
SLAVICAE. VOLVMEN. GRATI. ANIMI. CAVSSA.

INSCRIPTIS. FORTVNATVS. DVRICH.

TVRNOVINVS. VESTER. SOCIVS.

XIX. KAL. SEPT. ANNO. ^PXXX.

M. DCC. XCV.



2. ОГЛДНЯ

P R A E F A T I O
D E C A U S I S
B I B L I O T H E C A E S L A V I C A E.

Ductis ab agricultura exemplis, priscos auctores de recta eruditione loquutos fuisse, vel unius Plutarchi Chaeronensis *de educatione liberorum* praecepta testimonio sufficient, ut his rationem reddere valeam, cur praesentis Bibliothecae fronti verba Columellae inscripserim. Prima enim suscepti operis causa illis comprehenditur: quum nemo mihi Scriptorum sit cognitus, qui de *silvestri* Slavorum *regione*, ut hac similitudine ad rem historiam antiquissimae eorum dialecti abutar, *in arvorum formam redigenda* ante me similis industriae recordatus specimina ediderit. Fuerunt equidem nonnulli auctores, qui singulares quasdam ad praesens institutum symbolas contulerunt; nec ego intermittam eo-

rum

rum conatus laudare; maxima tamen concepti operis parti defuit subsidium, quo uti potuissem velut praesenti adjutorio. Itaque dum agricolarum more in bonitatem telluris inquiero, expediendi rudis agri ratione pluribus annis occupor, necessariasque res ad culturam agri comparo, semina frugi requiro, ut sementi doctrinarum institutiones respondeant, Cl. Josephus Dobrowsky veteranus amicorum meorum et diligentissimus adjutor me commonet, ut proiectioris jam aetatis meae, ac subinde valetudinis adversae memor, aliquid tandem de Slavicae rei litterariae collectaneis ac meditationibus meis digestum atque compositum publici juris faciam. Heic ego tantisper haesitans, quia timore magis ducor quam fiducia in studiis, ne cruda adhuc in forum propellam; inquisitioni me dedi adversariorum, et virium mearum rigoroso examini, qualem operis faciendi modum suscipere possem. Summis postea capitibus notitiarum antiquissimae dialecti communis et ecclesiasticae, universae Slavorum gentis, in ordinem redactis ac decies emendatis, *refrigerato inventionis amore*

di-

diligentius repetii, et perpensa cum laudato
communicavi amico, ut me negandi verecun-
dia victum isto specimine demonstrarem.
Jam ejus repetitae auctiorisque *Historiae dia-lecti Bohemicae ac Litteraturae* editionis ulti-
ma plagula typis Pragensibus ante annos
tres describebatur, dum specimen illud ami-
cus obtineret, qui primum quidem notitiam
acceptae sciagraphiae huic suae auctiori His-
toriae praefixit; porro benevole meum *Bi-
bliothecae Slavicae conspectum* formis littera-
rum excudi curavit. Quum hac ratione plu-
res philologiae Slavorum antiquioris cultores
futuri operis institutum cognovissent, fuerunt
nonnulli eorum, qui me humanissime sive
praesentes, sive per epistolam interpellar-
rent: vellem sincere profiteri, qua occasio-
ne, quibus adjumentis, in quem modum,
ex quo tempore, quorum auxiliis, et qua in
studiis oeconomia, his animi exercitationi-
bus parum notis me addixerim, impense ro-
gantes, ut perficiendo et mature edendo operi
omnes vires impenderem, valetudinis inte-
gritatem precati. Huic tam familiari eorum
petitioni, et fiduciae de me conceptae nolens.

de-

deesse, firmiter mecum in animo constitui, ea simplicitate, qua pro veritate agendum est, ex prima occasione laudatorum studiorum usque ad praesens tempus me desiderio illorum in Praefatione satisfacturum. Aliae quoque, ut hoc faciendum decernebam, accesserunt causae potissimum duae: prima grati animi: quia ingratae mentis vitium est, non meminisse illius, per quem profeceris; altera fidei reddendae Viris quibusdam eruditis, honore et verecundia dignis, qui lecto futuri operis mei conspectu, junctam tantisper admirationi dubitacionem significaverunt, quoad constet de subsidiis ac tempore ad hanc varietatem rei litterariae Slavorum colligendam necessariis, quibus ego usus fuerim. Tantum abest; ut hac eorum animi significatione fuerim offensus, ut etiam specimen istud judicii ac prudentiae in studiis litterarum probandis laudaverim, profectum a consiliis in providendo, quod veris Scientiarum aestimatoribus illis homo essem ignotus. Itaque rationem de subsidiis et facultatibus atque impenso tempore postea, prius

vero

vero de prima concepti operis occasione
rationem reddam.

I. Dum ante annos triginta Superiorum
voluntate Vindobona Monachium commi-
grassem, ut Fratribus meis Ordinis Minimo-
rum S. Francisci de Paula Theologicas et
cumprimis linguae Hebraicae institutiones
traderem, quidam Seniorum Monasterii pri-
mis diebus benigitatis officium ultro mihi
obtulit in eo, quod inter prima animi desi-
deria novi incolatus mei prodita intellexerat,
ut Bibliothecam Palatinam videre possem.
In hanc itaque ab illo deductus, tam prompto
animo ad ostendenda hujus thesauri moni-
menta nos exceptit Cl. Andr. Felix Oefelius,
ut aliquot horis meo gaudio impensis, pos-
tea mutato sermonis argumento de singula-
ribus variarum nationum historiae litterariae
studiis, ista Slavicae gentis adhucdum inter
desideratas res esse doleret; quamquam non
deesset huic operaे materia; coepitque mihi
suadere, ut a Bohemicis artium liberalium
fatis, et ab antiquioribus ac universae genti

Sla-

Slavorum communibus, initia mei conatus ducerem. Sed, dum ego ingenue meam ignorantiam profiteor, in quem modum studia mihi commendata ordiri, et quam in meis conatibus oeconomiam observare deberem, ut utilis esse valeam; promptior ille ad me instruendum, fundamentorum historiae litterariae communis summam breviter mihi proponit, hujus instituti praecipuos auctores laudat, usum quoque librorum offert, et, postquam Scriptores patrios, imo quoscunque alias legero, impense commendat, ut ne praefationes auctorum negligam, quibus frequenter inducimur in aliorum ejusdem argumenti librorum editorum vel adhucdum in manuscriptis latitantium notitiam; tum vel maxime ad cognoscendum ea, quae biographiis necessaria sunt. Interfuit huic litterariae conversationi Cl. Finauer, qui exactis aliquot diebus ad me accedens humanissime rei suae librariae usum mihi obtulit, ut eam viderem, necessariosque praesenti studio codices deligerem; sponte offerens, si quo rei litterariae obsequio meos conatus promovere posset, mihi suo non defuturum

auxilio. Accessit postea his benignitatibus alia plurimum Reverendorum PP. Eremitarum S. Augustini, quorum nonnullis Hebraicae linguae institutiones bis tradidi: adeo propensa in me illorum voluntas fuit, ut non solum codicibus laudati argumenti, quibus optime instructam habent Bibliothecam, domi uti potuerim, verum etiam compluribus aliis beneficiis me auxerint, praesertim liberali hospitio, dum exacto stationis meae Monacensis biennio in patriam redditurus Ratisbonae apud eos diverterem.

II. Jam quaedam adversaria Monachii collecta habueram e Scriptoribus Byzantinis, quorum usum admodum Reverendi Clerici Regulares Theatini liberaliter mihi concesserant, dum Pragam appulsus inter primos rei patriae litterariae cultores, meosque iisdem studiis postea conciliatos amicos Cl. Adauctus Voigt ad me veniret, forteque contingenteret, ut is imaginem intueretur Bohuslai Hassenzteynii a Lobkowicz illis Thomae Mitis a me inscriptam verbis: *Patria cui nondum similem dedit atque secundum.* Heic ille

cœ.

coepit ex me quaerere: an iste Vir adeo laudatus cujuspiam familiae nostrae Monasterii fundator esset? non equidem, respondi; sed praeclara illius de rebus patriis merita veneror, cuius vitam a Colero scriptam habeo, et varia ejusdem opuscula a Thoma Mite typis edita, isto volumine collecta nuper in Bibliotheca nostra inveni. Jam Voigtius isto de Bohuslai, aliorumque eruditorum Virorum Bohemiae meritis producto sermone intellexit, quis me Monachii, et quibus de causis in haec studia induxerit; et quam necessaria foret in monumenta nostrae rei litterariae sociata quorundam amicorum opera inquisitio, et inventorum sincera communicatio. Ex hoc itaque tempore aucta variis occasionibus disquirentium amicitia, quisque satagebat quodpiam necdum cognitae rei nostrae litterariae monumentum investigare, et communicare cum socio. Inter istos conatus patrios quum observassem antiquioris linguae Slavicae notitiam argumentum esse studii apud nos jam diu neglecti, huic historiae litterariae parti ex instituto me addixi, animique mei propositum cum Cl.

Fran-

Francisco Pelzelio communicavi, a quo pro subsidiis Codicum litteraturae Slavonicae sive Cyrillicis, sive Glagoliticis characteribus editae interpellato, prima Pragae studiis meis idonea obtinui auxilia. Porro novum amicum nactus Josephum Dobrowsky, talem omnino, ut eum et praesentis mei conatus speciminis et futuri socium merito profiteri debeam, animo ad promovenda Slavonicae linguae studia, et cognoscendam nostrae dialecti patriae indolem, quae subinde rejectis corruptelis et peregrinitate vocum, proprietatem a matre, vel potius ab antiquiori sorore conatu Regum nostrorum recepit, publici juris feci *Dissertationem de Slavo-Bohemica Sacri Codicis Versione*, Pragae literis Pruschianis Anno 1777. 8. excusam, quae dum grato animo suscipitur distributa in exercitatione Theologica R. P. Cyrilli Tamon nunc Parochi in Stoleck, novaque incitamenta accedunt urgentium amicorum, ut incepiti operis prosequutionem pensi habeam, commendatur mihi, et hocce Volumine I. saepius laudato Faustino Prochaska, cura Bohemicae Sacrarum Scripturarum editionis,

quae

quae jussu Augustae Mariae Theresiae talis
esse debebat, ut hominibus pecuniae modicis
non magno veniret; cuius negotii notitiam
socius meus breviter perscripsit in *Commen-*
tario suo de saecularibus liberalium artium in
Bohemia et Moravia fatis pag. 412, et seq.
Intra hoc tempus Slavonicae rei historicae
litterariae operam dare non potui; igitur
totius Sacri Codicis editione A. 1780. abso-
luta, dum intermissis studiis me iterum tra-
do, et quartum in annum prosequor subsi-
diis amicorum, et Bibliothecae Regiae (cu-
jus Cl. Praefecto Carolo Ungar Canonico
Vetero-Boleslaviensi summas habeo gratias),
antiquatur nostrum ad S. Salvatorem Pra-
gae Veteris monasterium die *S. Duci et Mar-*
tyri Wenceslao sacra, circa horam quintam
vespertinam. Ex his aedibus in alias ejus-
dem urbis *Ordinis Crucigerorum Canonicorum*,
cum rubeo corde, jam antiquatorum nobis de-
signatas, paucos intra dies commigravimus.
Postea Presbyteris et Clericis in majoribus
ordinibus constitutis, Clero Saeculari ad-
scriptis, interpellato Celsiss. Principe et An-
tistite nostro pro facultate in Biblioteca

Cae,

Caesarea Vindobonensi, saepius interrupta studia meliori subsidio Codicum resumendi: quod esset labor Clerico dignus, qui cultu linguae ecclesiasticae et studio Sacri Codicis contineretur maxima sui parte; cederetque augmento Scientiarum Ecclesiae Bohemicae ejusque veterum monumentorum cognitioni, veniam obtinui dictorum studiorum causā, et diligentis laudatae Bibliothecae frequentationis ratione, quibus aliam rei ecclesiasticae curam compensarem. Soluta igitur Pragensi familia die ultima mensis Maji, salutatisque amicis novas Studiorum sedes petiturus abii.

III. Vindobonam exeunte mense Julio adveniens veteranos novosque amicos consequutus, impetrata in hac Archidioecesi a novi status mei summe Reverendis Superioribus facultate commorandi juxta tenorem litterarum, quas dimissoriales vocant, paucos post dies infirmitate corporis corripior, ita, ut nequiverim obligationi meae satisfacere. Restitutam valetudinem studi consequente autumno curare, et concessso mihi a

veteranis Fratribus usu Bibliothecae, cum primis Polyglottis Waltoni Bibliis et Lexico Castelli aliisque operibus rei hermeneuticae sacrae idoneis, per hiemem lectioni hierographicae operam dedi. Benevolus lector heic aliisque hujus Voluminis locis veniam mihi dabit, si quando ab instituto grati animi causa divertam: debeo enim in praesentiarum huic ad SS. *Angelos Custodes Familiae Minimorum* perpetuam gratissimi animi memoriam contestari: quod ejus benignitate studiis tranquille et commode vacare potuerim, quod illa meam imbecillitatem patienter tulierit; imo nonnulli ejusdem, qui libros meo usui idoneos habent, rogati mecum promte communicaverint, faverintque meis conatus humanissime usque in praesens tempus. Sed, ut redeam ad studia in Bibliotheca Caesarea melioribus adhuc auxiliis inchoata, quam prius mihi obtigerint, consequenter dicam.

IV. Exacta hieme studia litterarum Slavonicarum in Bibliotheca Caesarea ordiri volens, Illustriss. Virum Michaelem Denisium

a Cons. Aul. Aug. nunc jam primum ejusdem Bibliothecae Custodem, a benignitate mecum communicatarum rei litterariae Bohemicae notitiarum bene notum saluto, meique instituti rationem profiteor, humanissime illum interpellando, studiis meis locum faveret, indulgeretque usum MStorum Slavonicorum Codd. Imploro praeterea ejusdem consilium atque auxilium, ut feliciter in labore suscepto progredi valeam, offeroque meum obsequium et operam, si qua utilis esse possim. Heic ille ea promptitudine animi et hilaritate meis petitionibus annuit, ut omnino ea viderem in hac Caesarea Bibliotheca, quae Scriptores notitiarum rei historiae litterariae de Custodibus Regiae Parisiensis perhibuerunt. Itaque a Sacris Codicibus Slavonicis, quos mihi ex Nesselii Catalogo MStorum Codd. Orientalium ad legendum notaveram, exempli causa N^o CI. signatum Cod. chartaceum formae maj. 8^{vae}, quo *Apostolus*, id est Acta Apostolorum, Epistolae Catholicae, et S. Pauli, lingua Slavonica litterali, characteribus Cyrillicis scripta continentur, meis rebus vacare incepi,

**

et

et referre observationes in adversaria, quorum successu temporis, ut esset mihi memoria promptior, per singulos annos alterius linguae characteribus elementorum serie terniones insignivi. Huic studio Hierographiae Slavonicae ad institutionum Criticae Sacrae et Hermeneuticae normam disposito, subinde interposui lectionem Catalogorum MSSorum Codd. hujus Bibl. Palatinae, in primis Commentariis illustratorum. Repetita lectione per id tempus Codd. MSS. Theologicos recensebat Denisius; hac occasione quid didicerim earum rerum, quas ignorabam, et eruditus fuerim in eo, quem in primis nosse cupiebam, Codices antiquos, maxime fragmenta Codd. recensendi modo, mea mihi conscientia testis est: et, si nihil mea culpa didicisse, illud certe meomet experimento didici, quam sit aliud nosse regulas, aliud nosse usum regularum, quae heic vix certae, ac omni eventui aptae habentur. Quidquid ille notatu dignum, meoque usui bene profuturum in Codicibus, eorumque involucris Uffenbachiana diligentia, et critica observatione animadvertisit, vel innuebat, ut ac-

cederem, vel, quod frequentius contigit, me ipsum accessit; ut factum est ab eo, dum in Cod. MS. Theologico N^o. CCCCLXV. signato, fragmentum membraneum *Passionalis Bohemici antiquissimi*, quoad nobis huc usque constat, rhythmis veteri nostra dialecto Bohemica proprius ad Slavonicam literalem accidente descripti, inter thecam et primum Codicis MSti folium feliciter invenisset, cuius antehac nemo nostrorum Scriptorum commeminit. Facile non ignarus rei bibliothecariae lector sibi persuadere poterit, quas ego heic spatio novem annorum praeterito vere jam exactorum possem, nescio an magis benevoli ac diligentis Bibliothecae Custodis referre observationes novas, mihiique utiles, si locus iste patetur. Sed grati memoria animi hoc exigit, ut summam tantisper exprimam praestitae mihi beneficentiae, quoad ego vereor, ut ne pluribus verbis modestiam Viri, *omnia ad conscientiam, nihil ad ostentationem referentis*, offendam. Itaque C. Plinii verba Epist. 1, 22. ad Catilium Severum de *Tito Aristone* scripta in meum usum transferam: *mihi certe,*

quoties aliquid abditum quaero, ille thesaurus est; tantoque majorem sermonibus ejus fidem habeo, quanto is auctoritatem suam pressa et decora cunctatione magis tegit; et quod statim posset velut scitum proferre, tamen plerumque haesitat: dubitat, diversitate rationum: quas acri magnoque judicio ab origine causisque primis repetit, discernit, expendit. Sed, nolim ultro patientia illius abuti; aut, ne turpis adulationis a moroso fortassis quopiam lectore cogitatam suspicionem incurram, etiam ego plura ejus beneficentiae merita ad conscientiam refero; longius enim sive ab adulatione, sive ab ostentatione me ipsum removeo, nihil amplius honoris vel dignitatis desiderans; et minime, quidquid malis artibus consequi possem, cui istud Laurentium meum, hoc est libelli et pugillares, studiosumque otium, in hac Bibliotheca Palatina hospiti gratius est, quam apes pauperis, qui tamen vicini divitis invidiam et maleficium effugere non potuit. Grati quoque animi memoriam debeo reliquis omnibus hujus Palatinae Bibliothecae Custodibus, Scriptoribus, Catalogorum curam habentibus, sive ut pe-

titi Codices exquirantur, sive ut inventi pe-
tentibus exhibeantur; quod omnino mature
fit, promptumque ac diligens officium, hilas-
ris comitatur animus ferendis pluribus auxi-
liis etiam non postulatis paratissimus. Dabi-
tur occasio singulatim profitendi, cuius, et
quo auxilio in peculiari quodam rei nostrae
litterariae argumento profecerim, velut a me
factum est hujus Volum. I. pag. 11. Heic ta-
men non possum non meminisse adhuc in
meis auribus tinnientium verborum: *Habes
libros, quibus viginti annorum lectionem im-
pendere valeas,* dum anno 1787, sub finem
mensis Julii, Leopoli in hanc Palatinam Bi-
bliothecam illati fuissent Slavonici Codices
litteris Cyrillicis excusi, numero, si argu-
mentum spectetur, 50; pluribus tamen vo-
luminibus divisi, quibus exemplar Biblio-
rum Ostrogensis principis editionis; libri
Ecclesiastici praecipui; quidam Sanctorum
Patrum, ut Basilii selecti sermones Ostrogae
1594. in f. editi; et complura alia etiam ra-
ra variorum opera comprehenduntur, quae
ultimo Bibliothecae Slavicae Tomo diligen-
tius recensebo. Porro illius patientiae causa,

gra-

gratias ut singulatim agam, omnino expe-
dit, dum in studio MStorum facto jam pro-
gressu, lectioni *Catalogi* typis editorum li-
brorum me darem, qui onomasticus est, et
totidem fere magnis voluminibus continetur,
quot sunt linguae latinae elementa, non cen-
sis Sacrae Scripturae diversarum linguarum
voluminibus, quae singulari Catalogo sig-
nata continentur. Hujus primum, postea il-
lius lectionem per singula Sabbata institui
duobus annis productam adnotando mihi
libros singularium linguae Slavicae dialecto-
rum; tum etiam eos, quos meo proposito,
vel cuicunque alteri studiorum generi, quod
amo, profuturos arbitrabar. Heic frequen-
tius contigit, ut ad me in meo *Laurentino* pa-
risn remotum accedere necessarium foret,
dum liber postularetur auctoris isto Catalo-
gi elemento signatus; quin tamen unquam
quodpiam impatientiae signum observave-
rim. Ita mihi hujus Caesariani Vindobonen-
sis Prytanei Philologis in annum decimum
bene utenti, omnino convenit magis gratum
esse, quo majora heic meo profectui littera-
rio subsidia me ita consequutum scio, ut

quo-

quodam timore corripiar, quoties recogito : quam imperfectum fuisset meum in providendo consilium, si alibi locorum sperassem necessaria huic operi me collecturum, qui vel in tanto rei litterariae thesauro subinde librum desiderans cognosco, me apposite ad profitendum rudis agri mei modum, ne quidem factum, sed inchoatum, elegisse illa Columellae verba: *est antiquius facere agrum quam colere;* maxime dum illa majoris modi, ac primum existimaverim, Slavorum arva, meis viribus admetior. Sed, tamen vel ipsum Museum Palatinum causa fuit, ut Viros nactus fuerim, qui desideriis meis faventes, usum exoptatorum librorum benevole mihi concederunt; imo fuerunt etiam consilio et auxilio meorum studiorum.

V. Similium Musis meis faventium Clarissimorum Virorum numero mihi venit grati animi causa memorandus Cultor illustris *Orientalium cum primis linguarum Bernardus Jenisch a Cons. Aul. Aug.* Deinde saepius a me Vol. praesenti laudatus L. Grae. Prof. *Franciscus Alter,* cuius fideli amicitia et so-
cie-

cietate quotidiana ex primis diebus frequentationis Musei Palatini ita utor, ut ei magnam partem novarum observationum subsidio linguae Graecae in dialecto Slavorum litterali factarum debeam; qui etiam usum selectorum suorum librorum mihi fecit communem; et quacunque ratione meis studiis prodesse potest, fidelis amici operam impendit. Cl. Hieronymum Weinhofer eadem frequentatione mihi conciliavi adjutorem, cui notitiam debeo Slavonici numi argentei minoris moduli litteris Cyrillicis antiquioribus inscripti, quarum ego specimina, quod attinet ad extremitates apicum, nusquam vidi; nisi in Armenorum characteribus antiquissimis; cui etiam aliorum rei litterariae ac benignitatis officiorum causa obstrictus sum. Etiam eidem Museo Palatino debeo gratias, quas mihi quarundam praecipuarum Europae Bibliothecarum Clarissimi Viri exhibuerunt.

VI. *Denisio per Illustrissimos Mediolanenses Nuntios ab Aug. Leopoldo II. domum revertentes meam petitionem ad Bibliothecam Ambrosianam promovente, duabus
quae-*

quaestionibus comprehensam : altera de Codice Ruthenico ejusdem Bibliothecae Mediolanensis , de quo paucis verbis egit Montfauconius *Diarii Italici Parte II. Cap. 19.* — altera de *Inscriptione Ecclesiae S. Gregorii (S. Georgii ad Palatium semper et hodienum dictae)*, quam Slavonico idiomate exaratam idem Montfauconius existimabat , Cl. Cajetanus Bugatus Collegii Ambrosiani Doctor , tam benigne ac erudite illustravit , ut etiam speciminibus eodem charactere Cyrillico e Codice isto quatuor Evangeliorum descriptis , historicam illius notitiam praemiserit , emendatisque Montfauconii erroribus , quos iste heic de loco et idiomate Inscriptionis commisit , judicio ab origine ducto demonstraverit , *latinam esse non vero Slavonicam , characteribus Graeco-barbaris exaratam* , datis hujus rei causa *ex Aedibus Bibliothecae Ambrosianae ad Denisium litteris Pridie Id. Febr. Anni 1791* , quas ego Volumine ultimo , ubi de *Inscriptionibus Slavonicis agendum est* , integras edam ; heic tantum grati erga doctissimum *Bugatum animi testimonium publice volui dare* , ac innuere , quantum pudere beat

eos

eos Slavicae originis Philologos, qui proprietatis ac totius litteraturae dialecti suae fontem ita negligunt, ut ne quidem characteres proprios, et idoneos antiquorum Slavicae linguae sonorum custodes noscant. Ex Bodleiana celebri Angliae Bibliotheca nuper opportune accepi antiquorum Grammaticarum Slavonicarum notitias, quas desiderabam, ut quidpiam de illis rei certae scribere valerem. Tantae benignitatis fuit humanissimus Doctor Robertus Holmes, ut licet sit nimium occupatus illo insigni studio edendae Versionis LXX. Interpp. collatae cum MSS. exemplis celebriorum Bibliothecarum, atque etiam cum illis Versionibus antiquis, quae ex eodem fonte sumtae sunt, ut est Slavonica litteralis, cuius Professor Alter collationem juxta exemplar editionis Ostrogensis per id tempus in ultimo Pentateuchi libro instituit; tamen ad hunc Oxonii die 15. mensis Julii 1795, meo et interpellantis amici desiderio satisfacturus data epistola in hunc modum scripserit: *Includo apographum (in similibus literis) tituli, qui praemittitur Slavonicae Grammaticae in editione utraque: neque est,*

quan-

*quantum potui invenire, alia ulla Grammaticae dictae editio in Bibliotheca Bodlejana. Istarum itaque editionum proprias inscriptiones suo loco adferam; interim gratiis in praesentiarum Doctori Roberto actis, qui Celeberrimae Academiae Oxoniensis (vid. Praef. Grammaticae Henrici Wilhelmi Ludolphi fundamenta Russicae linguae, et manuductionem ad Grammaticam Slavonicam continentis, Oxonii e theatro Sheldoniano 1696. 8. maj.) curam rei Slavonicae aemulatur. Ex Biblioteca Leopolitana Cl. Const. Sabatowski, mei causa interpellanti Cl. Stratmanno Biblioth. Palat. Vindob. Custodi, diligentia singulari ea, quae pertinent ad *Inscriptionem Stauro-pigiae Leopoliensis*, perscripsit; utrique igitur necesse est, gratias habeam; notitias acceptas, ubi de privilegiis Scholarum Slavonicarum egero, ex ritu Ecclesiae Graecae daturus.*

VII. In aliis Europae Bibliothecis latitania rei Slavonicae litterariae sive MSta, sive typis edita monumenta, ex quo tempore Vindobonae persisto, tanta liberalitate me-

cum

cum communicat, saepius a me in hoc Volumine I. laudatus Dobrowsky, ut numerus notitiarum, quod ad typis editos Codd. attinet, adaequet propemodum collectionem meam; superet autem censem MStorum etiam spectata chronologia. Itaque mirum non sit benevolo Lectori, si mente simplici profitear, illud *Commercium epistolare Dobrowskianum*, quod ex die VII, Octobris Anni 1785, usque ad praesens tempus productum habeo, auro mihi pretiosius else; quo non solum istae, quas mox attigi, notitiae comprehenduntur, verum etiam complura mei conspectus Bibliothecae Slavicae argumenta. Solemus enim ita mutuo de istis conferre, ut alter alterius opinionem non amicitiae, sed veritatis, diversitate rationum probatae, causa suscipiat. Jam quadraginta phlyras minuto chartere prescriptas desideratissimae mihi epistolae implent, quarum varietas in observationibus philologicis, e principiis Grammaticae philosophicae atque harmonicae ad illustrandam sive communem, sive peculiarem nostram dialectum Bohemo-Slavonicam repetita

tita, ignotique cuiuspiam editi vel MSti Codicis inventio me in primis delectant. Istae autem epistolae, quas ille cum in itinere Suecico et Russico adhucdum constitutus, tum vero magis, quas a tempore sui reditus ad me dedit, omnium maxime mihi placent: continent enim *Responsiones* ad meas *Quaestiones Slavonicas*, quas similitudine quadam earum ab Equite *Michaelis* editarum occasione itineris Orientalis, quod postea Cl. *Niebuhr* descripsit, ad amicum ingenti desiderio misi, vellet in argumenta quaestionum inquirere. Has ut heic ederem, egregius meorum studiorum adjutor a Dobrowskio mihi conciliatus Cl. *Georgius Ribay* Ungarus Cz'inkotae a Sacris, me induxit, qui et ipse litterario per Ungariam itinere instituto rei Slavicae causa, complura, quae ignorabam cum MSta, tum etiam antiquiora typis edita litteraturae Slavorum communis monimenta benevole mecum communicavit. Itaque summa *Quaestionum* laudatarum est ista; responsiones enim, et quaedam observationes meae quaestionibus additae suis Bibliothecae locis a me referentur. —

Q. Q.

Q. Q. Quae Grammatica Linguae Slavicae Litteralis in Russia censemur esse optimam? Exstantne alicubi Grammaticae Slavonicae Saeculi XVI, quarum exempla typis edita referuntur in Bibliotheca Bodleiana? An MStae in Bibliothecis Grammaticae servantur? An illius exempli typis editi, quod in Bibliotheca Illustriss. Famil. Comitt. de Nostitz Pragae servatur: *Сказаниe. како состави*
стън кирилъ философъ азъвѣкъ поимъкъ словенъскъ — antiquius quoddam MStum inventiatur? quidve de auctore ac pretio illius notum sit apud Russos? Num in antiquissimis Codicibus Ruthenicis specimina observantur palaeographiae, quae multum differant a ductibus litterarum ecclesiasticarum hucusque usu receptarum? Scriptumne in antiquioribus Codicibus observatur *з*, an vero *и*? Vigetne adhucdum in Russia Philographia, cuius meminit Kohlius in sua Introductione? Quid notum est Russis de antiquissimis Slavorum Grammaticis? Constatne quidpiam Russis de Litteratura Glagolitica? An Codices istis characteribus vulgo Hieronymianis scripti, vel publicae Inscriptio-

nes in Russia exstant? Quae sunt celebriores in Russia Bibliothecae? Quae praecipua rei litterariae Slavorum monumenta in eis servantur? Extantne alicubi Codd. qui fuerunt in S. Monte Atho descripti? An quis Russorum notitiam ejusdem Montis Bibliothecarum Slavonicarum scripsit? Constatne aliquid Russis de Libro Legum *Methodios* nuncupato apud J. Lucium? Num a tempore Ostrogensis Bibliorum Slavonicorum editionis inventus est integer Cod. MS. totius S. Scripturae altioris aetatis? Possentne certae quaedam notitiae ultra Pentateuchi editionem Pragae A. 1519, opera et studio Francisci Scorinae lingua Russica ex Vulgata Latina Versione adornatam, de aliarum Scripturae S. partium Russica interpretatione in Russia exquiri? Quae sunt praecipua momenta historica editionum recentiorum S. Codicis Slavonici? An veteris quoque Testamenti Concordantiae Slavonicae in lucem prodierunt; vel aliae novi operis totius S. Scripturae? Desideriis meis adeo magna industria conatus est amicus satisfacere, ut etiam de non postulatis quibusdam rei litterariae

rariae Slavorum monumentis me certiori reddito, illa Mosquensi Bibliorum Slavica anni 1757. in folio editione numero tertia donaverit, usumque MStarum suarum rei bibliothecariae observationum in Russico itinere, in primis Moscuae collectarum liberaliter mihi concedserit. Tantis itaque a fideli amico subsidiis adjutus grati animi causa profiteor: *quidquid boni lector benevolus huic primo, reliquisque Bibliothecae Slavicae voluminibus (vita comite, salvisque conditionibus ad emendum necessariis) inesse cognoverit, communem esse meam cum Dobrowskio operam censere velit.*

VIII. Sunt adhucdum nonnulli cum heic, tum alibi locorum existentes meorum studiorum fautores, quibus me gratum esse decet. Veteranus meus amicus Cl. Prof Zlobiczky, quem pag. 288. laudavi, Bibliothecam suam selectis rarisque codicibus rei litterariae Slavorum; inprimis dialecti Bohemicae, multis impensis et cura diligentri instructam, ita meo usui etiam diurno liberaliter concessit, ut ipse sponte offerat, si quo litterario

sub-

subsilio et consilio mihi prodesse possit, cuius
ego Slavonica, ut ita dicam, conversatione fre-
quenti recreor, multumque illi grati animi de-
beo causa complurium benignitatis ejus offi-
ciorum: itidem Cl. Josepho Werschhauser
Bohemicae linguae Professori in Illustriss.
Academia Militari Vidnensi Theresiana, si-
milem ob causam, atque Cl. Maximiliano
Schimekio gratias ago, qui mecum nonnulla
specimina, ex antiquioribus MSS. Codd. Ro-
manis Bibliothecae Vaticanae descripta com-
municavit, suosque libros concessit; quique
ipse typis edere volebat *Historiam linguae Sla-*
vicae lingua Germanica scriptam. Meus quo-
que Typographus Nobilis Vir Stephanus
Novakowicz' non defuit, ut vel ipse quibus-
dam notitiis MStis ad Ungariae Monasteria
Graeciritus non unitorum Slavorum pertinen-
tibus mihi subveniret; verum etiam egit apud
summe Reverendum debito honoris titulo,
Excell. Archiepiscopum et Metropolitam Kar-
lowicensem Dominum Stephanum Stratimiro-
wicz de Kulpin, ut iste Antistes de variis re-
bus ad institutum Bibliothecae Slavicae per-
tinentibus me aliquoties per litteras dig-

natus fuerit edocere, mecumque observatio-
nes MStas communicare: cui etiam deboe
impense commendatam Typographo mei
operis editionem. Qui curam correctoris in
hac Typographia gerit Clariss. Gregorius
Terlaitisch, etiam ipse idoneorum librorum
editorum in primis illarum antiquissi-
marum Russiae Legum Jaroslawi, usum
benevole mecum communicavit.

IX. Singulari memoria heic dignus est
Excellenterissimus D. Episcopus Munkaciensis,
qui pag. 104. a me laudatus primas omnium
Typographiae Slavico-Cyrillicae incunabu-
lorum notitias mihi misit; promisitque alias,
praesertim cognitioni Monasteriorum, rei
litterariae Slavorum praesentis, et Geogra-
phiae sacrae necessarias. Hunc ego com-
munis linguae antiquiorisque litteraturae
Cyrillicae vindicem, et nostri temporis
veterem *Episcopum Nonensem* merito dixe-
rim, qui editionis novae Sacrarum Scriptu-
rarum utriusque Testamenti Slavonicae Ver-
sionis, Slavo-Serbicae hujus Typographiae
characteribus Cyrillicis, juxta exemplar

Kieviense Anni 1788. Tomis quinque in 8.
maj. excudendae liberalem agit promoto-
rem, suique gregis curam gerit, ut divinis
pascuis non destituantur oves, neque sitiant
requirentes *fontem aquae vivae.*

X. Cl. Viri Adami Baricherich Profes-
soris bene meriti, nunc Parochi Zagrabiae,
grati quoque animi causa me heic memorem
esse oportet; nam is post varia mecum com-
municata rei litterariae Slavorum specimina,
nuper ad me in hunc modum dedit litteras:
Specimen Philologiae Pannionorum, quod P.
Katanchich e familia D. Francisci nuper
edidit, ad te mitto. *Hoc habeas velim*, ve-
luti meae in te observantiae monumentum —
Quum sit opus recentissimum, quo rei litte-
rariae Slavorum studia etiam in Croatia ex-
citari patet, dabo heic integrum inscriptio-
nem libri forma quarta foll. 228. editi Za-
grabiae typis Episcopalibus anno praesente:
Specimen Philologiae et Geographiae Panno-
niorum, in quo de origine lingua et littera-
tura Croatorum simul de Sisciae Andavtonii
Neviioduni Poetovionis urbium in Pannonia

olim celebrium et his interjectarum via militari mansionum situ disseritur. Auctore Math. Petro Katancsich in Archigymnasio Zagrab. Schol. Human. Professore P. O.

Clariss. Viris J. Petro Cerroni Incl. Gub.
Marchionatus Moraviae a Secr. et Godefrido
Dlabacz' Canonico Praemonstratensi Pragae
in monte Sion Bibliothecae Custodi; pro
concesso usu antiquorum MStorum Bohemi-
cae dialecti summas habeo gratias.

Hujus quoque urbis Vindobonensis Clari-
ssimi Viri antiquissimi ac celeberrimi Mo-
nasterii O. S. Benedicti ad Scotos nuncupati,
Bibliothecae Custodes eam saepius mihi
et Professori Alter gratiam exhibuerunt, ut
Codices Slavonicos diligenter exquisitos,
quibus commode uteremur, proposuerint,
cumprimis rarum illud Bibliorum Slavon.
Ostrogense exemplar, quod heic bene con-
servatum custoditur.

XI. Jam videor mihi postulationibus
amicorum, grataque animi officio tantisper

satisfecisse, quoad licuit; nisi fortassis multum dixerim de auxiliis meo profectui collatis eorum opinione, quibus omnia domi nascuntur, ut ingrati nihil dicant, cujus viri beneficentia profecerint; mihi vero illa Gregorii Nazianzeni sententia semper placuit: *nihil beneficentia divinius in hominem cadit;* sed hanc sublimitatem non agnoscit, qui grati animi officia negligit, immemor, quod *benevola actio tribuens gaudium capiat tribuendo, in id quod facit, prona et sponte sua parata;* sed ingrata mens in tribuentem prona esse non potest, quum nec animo gerat beneficium. Nihil itaque istis reprehensionibus movebor; sed neque aliis quibuscunque hujus Voluminis I, quod emitto: *Nullus enim (utar verbis S. Augustini e pluribus locis collectis) reprehensor formidandus est amatori veritatis.* Etenim aut inimicus reprehensurus est, aut amicus. Si ergo inimicus insultat, ferendus est, *Amicus autem si errat, docendus, si docet audiendus.* Laudator vero et errans confirmat errorem, et adulans illicit in errorem. — Qui vero haec (Vol. I, verba) legens dicit, intelligo quidem quid dictum sit,

sed

sed non vere dictum est: asserat, si placet, sententiam suam, et redarguat meam si potest. Quod si cum charitate et veritate fecerit, mihi que etiam, si dum in hac vita maneo, cognoscendum facere curaverit, uberrimum fructum hujus laboris mei coepero. — Duo sunt, quae in errore hominum difficillime tolerantur, prae sumtio priusquam veritas pateat: et cum jam patuerit praesumtae defensio falsitatis. Praesumtionis mihi conscientius non sum, qui me in studiis magis timore quam fiducia duci non semel confessus sum; sed fortassis ex ignorantia quidpiam a me dictum fuerit; nec ego emendari detrecto, verum etiam rogo: ut, quisquis haec legit, ubi pariter certus est, perget tecum; ubi pariter haesitat, quaerat tecum; ubi errorem suum cognoscit, redeat ad me; ubi meum, revocet me: ignorantiam enim meam non ignorare, exemplo Caelii Calcagni, adhucdum disco, quin didicerim, quantum ignorem!

XII. Rebus ad institutum hujus prae fationis pertinentibus, quibus nempe causis factum sit, ut me potuerim scribendo operi

da*

dare, simpliciter narratis, jam superest, ut
hujus *Voluminis* I. quasdam rationes expo-
nam, vel ad ejus editionem rerum quarun-
dam pertinentium momenta attingam. Quum
semper ab amicis et Typographo commo-
nerer, ne quid collectaneorum meorum ac
meditationum, seu animadversionum negli-
gerem, neque in ipso opere oppido brevior
essem, resque licet assuetis rei litterariae
lectoribus utcunque cognitas, Slavis tamen
Cyrillicis tantum litteris utentibus paßim ig-
notas; et, si hoc opus litterali dialecto eo-
rum redderetur, gratas eis omnino futuras,
nullatenus intermitterem; factum est, ut ista
praesentis voluminis capita mole sua excre-
verint, maxime Cap. II, quod ego repetito
studio piae aliis omnibus auxi, exspecta-
tioni eruditorum Virorum satisfactus, at-
que mihi quoque praesens subsidium com-
paratus frequentissimae antiquioris linguae
Slavicae cum recentioribus dialectis compa-
rationi necessarium. Sed quia Typographus
in editionem impensas ferens mecum de sin-
gulorum Voluminum numero phylarum ita
convenit, ut nec pauciores essent 28, neque

numerum 32, superarent; hoc autem compluribus omnino philyris constaret, illud ab altera parte dividendum et vel ideo etiam separandum putavit, ut pars posterior commodior esse possit usui, ob adhaerentia *Glossaria*. Etiam haec divisio apta est argumento Slavorum novo, quod a Cap. IV. incipit de primis melioribus eruditionis eorum initii; eritque altera parte locus aptior sub finem, quo notitiam Scriptorum promissam, qui de moribus Slavorum egerunt, dare valeam. Numerum Voluminum non potui mutare, causa vitandae confusionis in citationibus. Majores subinde adnotaciones gratae erunt illis, qui carent libris, ad quos a me subinde lectores remissi fuissent: nec enim hoc ostentationis causa feci; sed animo, quo simile quid ipse ab alio desiderarem; sed, ut *Clemens Alexandr.* ait: *Multis placere minime est expetendum* — Subinde dum Versiōnem Bohemicam *Fratrum Bohem. aut Morav.* dictorum cito, id causa contextus archetypi Graeci facio, quem Slavonica Versio Literalis, licet ex aliis recensionum exemplis facta, eundem habet in libris utriusque Tes-

tamenti; illa in V. T. contextum Hebraicum reddit. Sunt etiam nonnulla quae moneam circa orthographiam sive Slavonici contextus, sive variarum ejusdem linguae dialectorum, cum primis ex MStis laudatarum partium, quas diplomatica consuetudine describere satagebam: non itaque ubique pro erroribus reputentur varietates, praesertim ubi unicum Bohemicum ſ, pro punctato seu ſſ ponitur, vel aliae quaevis elementorum commutationes aliter in Ostrogensi Biblior. exemplo, aliter in aliis perscriptae. Projecto tanta est in recentioribus dialectis commutatio litterarum, ut nisi causae illius debite perspiciantur, vel male de linguae antiquioris seu litteralis indole judicium instituatur, vel de singularibus dialectis. Nam alia est permutatio litterarum quam omnes propemodum dialecti sibi communem habent cum natu maxima sorore sua, nimirum veteri Slavo-Serbica: ut est commutatio illa, quae in declinatione nominum et conjugatione verborum observatur; alia, cuius ratio pendet a dialecto quadam singulari prius, quam voces inflectantur. Primam permuta-

tio-

tionem nos docet *Grammatica communis* ae-
que ac singularis cuiusque dialecti Slavi-
cae; altera nititur methodo *Critica* diversas
saepe notiones, nullo ordine a Lexicogra-
phis congestas, sub unum thema digerendi
atque rite reducendi ad nativae proprietatis
originisque antiquissimae stamen. Hoc in
praesentiarum volebam innuere, quae et
quantae res nobis adhucdum desint ad cul-
tum rei litterariae Slavorum: nullum enim
huc usque habuimus *Albertum Schultensium*,
qui nobis dederit *Clavim* similem illius,
qualis est *mutationis elementorum*, qua dialecti
linguae *Hebraeae*, ac praesertim *Arabica* dia-
lectus aliquando ab *Hebraea* deflectunt. Lug-
duni Bat. 1770. 4. Posterior haec methodi
Criticae cura, ut iterum *Alberti* verbis in
usum *Slavonicum* utar, latissime fusa, at-
que plenioribus velis permittenda, nec mei
instituti else potest, et nullatenus loci hujus;
curam tamen habebo, ut opportuno Biblio-
thecae loco imitatione *Schultensii* tenuem,
sicut araneolus, orsum formem. Est equi-
dem paullum diversa ratio linguae *Hebrai-
cae* et *Arabicae* dialecti, ac sit indeles lin-

guae

guae Slavonicae et dialectorum ejus; habent nihilominus istae tanto plus de suae sororis, imo de matris ejus nobis jam prorsus ignota, veteri omniumque antiquissimo incolatu Orientali, quanto magis illae ad altiorrem aetatem reducuntur; ut exempli causa, illa duplex nominum forma: *Kob*, vel *Koba*, augurium; *Zlob*, vel *Zloba*, malitia, convenit cum Hebraeis; terminatio formae nominis numeri ordinalis istis et nobis eadem est: ordine enim suo desinit in *i* productum *Prwnj*, *Druhy*, *Tr'etj*; primus, secundus, tertius.

Sed jam necesse est, ut benevolum Lectorem humanissime interpellem. Licet eam, quam equidem potui, diligentiam adhibuerim, ut opus emendatum sive meis conatibus, sive typographicis in lucem prodiret; tamen nec ego mei causa, neque operarum tantae fiduciae esse possum, ut nihil sit in hoc Volumine emendatione dignum: Quidquid mea fragilitate commissum aut omissum repetita lectione visum fuerit, ut corrigatur vel suppleatur, altera parte

Voluminis emendare studebo: operarum errores ejusmodi, qualis est pag. 8. not. lin. 5. emendandus lectione *Porphyrogeniti*; pag. 13. *majores*; pag. 77. *Resch* pro *Daleth* lin. 9. pag. 160. lin. a fine 12. и, pro Ѽ. pag. 285. in inscriptione columnae: *Populi Sla-vonici*, pro *Anteprocopianis*, a benevolo Lectore facile corrigentur.

SCIAGRAPHIA TOTIUS OPERIS.

Vol. I.

INTRODUCTIO IN BIBLIOTHECAM SLAVORUM.

Cap. I. Slavicae originis populorum nomen commune variis rei historicae monumentis illustratur et a servilibus notis, abusu veteris orthographiae *Slavorum* maxime inductis, gens eorundem atque dialectus, illa cumprimis vindicatur, quam litteralem vocant.

Cap. II. Specimen antiquissimorum linguae Slavicae vocabulorum ex prima hujus nominis memoria usque ad finem Saeculi XI. e Graecis et Latinis Scriptoribus collectorum.

Cap. III. De moribus Slavorum gentilium, ut e quidem illi linguae communi illustrandae necessarii sunt, brevis commentatio celebrem Procopii Caes. locum illustrans.

Vol. I. Pars II.

Cap. IV. Prima eruditionis Slavorum initia in variis ac praecipuis Slavoniarum regionibus occidentalis Ecclesiae Doctoribus, Graecis vero incrementa debentur.

Cap. V. Negotiatores Slavi sunt praecipui cultus civilis et notitiae litterarum testes.

Cap. VI. Alienorum characterum ante S. Cyrilum a Slavis usurpatorum formae et defectus ad servandum enuntiationis depositum.

Cap. VII.

Cap. VII. Duplex praecipuorum gentis Slavicae populorum dialectus et causae, quibus illa orientalis et occidentalis Ecclesiae ritibus culta et servata, *Litteralis, Communis et Antiquissima* nuncupatur.

Cap. VIII. Exempla duplicitis dialecti Bohemo-Slavicae, ejusque varius distinctis temporibus cum lingua Slavorum *Litterali* nexus.

Antiquissima Bohemo-Slavicae dialecti monumenta Bibl. Palatinae Vindob. nusquam edita.

I. Fragmentum membraneum dimidii folii *Passionis pseudorhythmici* Saeculi XIII.

II. *Evangeliarium Bohemicum*, cuius septem *τμηματα*, seu pensa, heic proferuntur; Glossemata vero ex toto MSto chartaceo collecta observationibus illustrantur.

CONSPECTUS BIBLIOTHECAE.

Libr.	I. Indoles et propagatio;	Linguae Litteralis Slavorum.
	II. Fata et cultores;	
	III. Res libraria et usus;	
	IV. Apparatus et specimina	

SYNOPSIS LIBRORUM.

Vol. II. Lib. I.

Cap. I. De propriis linguae *Litteralis* Slavorum alphabetis.

Cap. II. De praestantia et usu alphabeti Cyrillici.

Cap. III. De praecipuis vocibus ad artem scribendi pertinentibus, quibus Slavi utebantur, et de *Philographia* eorundem, atque re chartaria.

Cap. IV.

Cap. IV. De Palaeographia Slavorum.

Cap. V. Natura et indeoles linguae *Litteralis* Slavorum, et connexio quaedam cum linguis, Graeca, Latina atque Gotthica.

Cap. VI. Graecae cum primis eruditionis et artium ad Slavos translatio.

Cap. VII. Praecipui characteres linguae *Litteralis* Slavorum, quibus haec a Bohemica dialecto discernitur.

Cap. VIII. De subsidio philologico, quod ad facilius et solidius cognoscendam *Litteralem* dialectum Slavonicam ex notitia linguae Bohemicae repeti potest.

Cap. IX. De antiquis interpretibus Slavorum.

Cap. X. A quibus viris, et in quem modum lingua *Litteralis* Slavorum primum culta fuerit.

Cap. XI. De Scholis Slavonicis.

Cap. XII. De regnis et provinciis ubi subinde usum publicum, ecclesiasticum, diplomaticum obtinuit, vel adhucdum obtinet lingua Slavonica.

Vol. III. Lib. II.

Cap. XIII. Fata *Litteralis* linguae Slavorum.

Cap. XIV. De praecipiis linguae *Litteralis* Slavorum cultoribus indigenis, et Societatibus *Litterariis* linguae Slavicae cultui addictis.

Cap. XV. De allophylis linguae *Litteralis* Slavorum cultoribus, cum Orientalibus tum Occidentalibus, praecipue : Syris, Coptis, Graecis, Germanis, Italis, Gallis, Anglis, Danis et Svecis.

Cap. XVI. Restitutores linguae *Litteralis* Slavorum characteribus *Glagoliticis* utentium.

Cap. XVII. De hujus exeuntis Saec. XVIII. studiis Slavonicis.

Cap. XVIII.

Vol. IV. Lib. III.

Cap. XVIII. De Bibliothecis Europae, in quibus MSS. Codd. Slavonici Cyrillico et Glagolitico charactere exarati servantur.

Cap. XIX. De originibus typographiarum characteribus Cyrillicis et Glagoliticis instructarum; earundem incrementis, et praecipuis typographis et correctoribus.

Cap. XX. De libris prohibitis Slavorum.

Cap. XXI. De usu Hagiographico, Historico, Philosophico, Geographicō et Philologicō linguae *Litteralis* Slavorum.

Cap. XXII. Specimen popularis Philosophiae Slavorum in lingua *Litter.* et Bohemica observatae.

Cap. XXIII. De Chronologia Slavorum; vario characterum usu in signis numerorum exprimendis, atque de observationibus singularibus Codd. Slavonicorum.

Vol. V. Lib. IV.

Cap. XXIV. De praecipuo Slavicae linguae *Litteralis* MSto. et typis edito apparatu librario, qui Vindobonaē in Palatina Bibliotheca servatur.

Cap. XXV. Specimina linguae *Litteralis* Slavorum supremi, medii, et infimi aevi Codd. MSS. atque etiam typis cum Cyrillicis tum Glagoliticis editorum.

Cap. XXVI. Notitia Inscriptionum Slavonicarum.

BIBLIOTHECAE SLAVICAE
VOLUMEN I.

INTRODUCTIO.

A

LIBRERIA
DE LA
CASA



— ita serborum setus interit aetas. HOR.

INTRODUCTIONIS IN BIBLIOTHECAM SLAVICAM CAPUT I.

Slavicae originis popolorum nomen commune variis rei historicae monumentis illustratur, et a servilibus notis, abuso veteris orthographiae *Sclavorum* maxime inductis, gens eorundem atque dialectus, illa cum primis vindicatur, quam litteralem vocant.

§. 1.

Num Graeci et Latini oris enuntiatione, an potius consuetudine populari Slavorum nomen commune nitatur?

Recordatus multum et diu cogitavi, nomen universae **SLAVORUM** genti commune cuius oris vera enuntiatione niteretur? an Graeco-

4 INTRODUCT. CAP. I. §. 1. IN SLAV. NOMIN.

rum et Latinorum, qui Σκλαβηνος, Σθλαβηνος;
Sclavanoſ, *Sclavos* primi 1) memoriae prodi-
derunt; an vero ejusdem Slavicae gentis His-
toriorum populari orthographia, qui aetate
quidem sunt illis posteriores; sed enuntiatio-
nis

1) Qui ante *Procopium Caesariensem Historia-
rum sui temporis de Bello Gothico* Lib. III. Cap.
XIV., quem locum deinceps clasicum appellabo;
et *Jornandem* seu rectius *Jordanem vel Jordanum*
Historiae Getarum vel Gothorum Cap. V. illud
Sclavinorum sive *Sclavanorum* nomen memoriae
prodidisset, mihi equidem de nullo auctore ita
constat, ut nec de aetate, neque de opere illi-
us quidquam dubii intercedat. *Moses Chorenensis*,
cujus contextum paulo post adducam, in-
eunte saeculo quinto vixerit, necesse est: quod
eum *Joach. Schröderus Thesauri linguae Armenicae antiquae et hodiernae Amstelodami A. 1711*,
f. 4. excusi. Cap. IV. *de usu linguae Armenicae*,
num. V. Interpretibus Bibl. Armenn. justis ratio-
norum momentis accenset. Nec obesse mihi vide-
tur objectio Cl. la Croze pag. 335. (*Histoire du Christianisme d' Ethiopie et d' Armenie*) ducta
e Mosis quibusdam loquendi formulis recentiori-
bus, ac fuerint linguae Haicanae usu adhuc
vigente, qui post Arsacidarum et Interpretum
excessum communis else desiit: nam constat pas-
sim de interpolatoribus antiquorum auctorum,
veteribus formulis recentiores temere substituen-
tibus. Haec vis antiquitatibus linguarum per-
dendis male nata, quantum subinde proprietati
earundem, exempli causa *Slavorum* dialecto lit-
terali jam ab saeculi XII. exitu obfuerit, suo
loco, nimirum Volum. III. Cap. XIII. pluribus

nis verae nominis sui gentilis meliores custodes, magisque idonei testes merito habentur. Nam postea quam nostri majores ex patriis sedibus in tam longinquas regiones commigrarunt, ut nunc majorem Europae, et non parvam Asiae partem occupent²⁾; tamen
ve-

exemplis demonstrare conabor. Utinam vel nostra aetate monumenta linguae Bohemicae ab illa commutationis audacia servarentur, qua necesse habent editores cum insanientibus furere, ut, sermoni antiqui et publici saporis novitate inducta, benevolentiam lectorum captent, ne sine spe lectionis soli in libraria relinquantur, vel damnentur ad chartariae massae novos usus, vel piperis cucullos. Quod ad opus ipsum, id est *Geographiam Mosis Choren.* attinet, *FF. Whistonii* melioris Londini A. 1736. f. 4. editionis curatores pag. XXI. recensent illam, quam *Uskanus* Amstelodami A. 1668. f. 12. primus edidit, expromtam esse ex *Pappi Alexandrini* Commentariis: de quo tamen opusculo, ut nimium jejuno, ac incondito plura tradere vix operae premium eis videbatur. Sed *Fabricius* Biblioth. Graecae Vol. VIII. pag. 203. *Pappi Χωρογραφίαν οικουμενην* intercidisse cum aliis ejusdem operibus asserit; e qua, si suam Geographiam traduxit *Chorenensis* ab aetate *Pappi* minime remotus, *Sclavorum* nominis memoriam *Procopio* et *Jordane* centum, et quod excurrit, annis antiquiorem, fonte Graeco prolatam, habemus: *Pappus* enim *Alexandr.* vixit *Theodosii Magni* temporibus, qui Imperio praefuit A. Chr. 379 — 395. Aliis
375 — 392.

2) Si tria Imperia duntaxat: *Romano-Germani-*

vetus illa, communis universae genti nominis, patrio sermone, singularis numeri casu recto prolati, formula: **СЛОВЕНЫ**, **СЛОВАКИ**, *Slowen*, *Slowjan*, *Slowan*, *Slowienin*, — originarium praecipuumque sonum, quo etymologia custoditur, non amisit; sed transivit usque ad nos constanti traditione ac usu populari, ut infra certis ac evidentibus testimoniiis comprobabo. Nescio, an unquam maiores nostri peregrini oris formula magis, quam populari consuetudine prolato nomine appellari voluerint, ut etymologia vocis, non Slavicae enuntiationis traditione, sed Graecorum et Latinorum usu judicaretur: quum certum sit, voces ita litteris perscribendas else, ut depositum enuntiationis cuiquam genti propriae fideliter reddant. Sed norunt omnes, in quem modum clari interpres nominum, exempli gratia *Hebraicorum*

3)

cum, cum hereditariis *Augustae Domus Austriae* Regnis et Provinciis; *Russicum* atque *Turcicum*, pensi habeantur, jam heic ad significationem numerositatis innumerae Slavorum exprimendam vocabulo *Aristophanis* scena Atticae principis in fabula *Acharnensium* Sc. I. v. 3. — *φαμοκοσιογραφα* forsitan verosimilius uti nunc possem, quam ante MCC annos *Procopio Cae-riensi* Lib. IV, Cap. IV. *Antarum*, ejusdem cum Slavis linguae, populi infiniti dicti fuerint. Sed longitudinum et latitudinum gradus apud idoneos *Chorographos* cum historia gentium Slavicarum interim conferantur, donec Vol. II. Cap. XII. Linguae Slavicae amplitudinem justis finibus *ethnographice* complecti potuero.

3) etymologias S. Hieronymus repererit, cuius verba de *Nona Mansione Israelitarum in deserto* Epist. ad *Fabiolam*, heic ad usum nostrum adduxisse operaे pretium fuerit: „Pru-
„ dentem studiosumque lectorem rogatum
„ velim, ut sciat me vertere nomina juxta He-
„ braicam Veritatem. Alioquin in Graecis
„ et Latinis codicibus praeter pauca, omnia
„ corrupta reperimus: et miror quosdam et
„ Ecclesiasticos Viros ea voluisse transferre,
„ quae in Hebraico non habentur, et de male
„ interpretatis, fictas explanationes quaerere,
„ ut in praesenti pro *Dephca* legant *Rephca*,
„ litteram ponentes pro littera, eo quod RES
„ et DALETH parvo apice distinguuntur.“
Et, quis non studiosorum lectorum hujus *Introductionis* a me potius veritatem Slavicam,
quam Graecae et Latinae consuetudinis sonum
in Slavici nominis enuntiatione requisiverit?
ita enim evidens ratio est in Graecis et La-
tinis codicibus corruptorum Slavicae gentis
nominum, ut nonnulli e gentilibus nostris rei
patriae Scriptores 4) complura factae litte-
ra-

- 3) *Librum de Interpretatione Nominum Hebraicorum* ita heic laudo, prout Tomo II. editionis S. Mauriana — „Tertius posteriorque hujus ope-
ris conditor exstitit Hieronymus“ observante
Johanne Martianay Commentarii in laudatum li-
brum Cap I, et II, §. 1. eximiam Hieronymo ling.
Hebr. peritiam vindicante.
- 4) Veteranus integerrimusque amicorum meorum
Josephus Dobrowsky, de cujus litterario com-
mercio, cum primis *Responsionibus* ad meas *Quae-
stiones Slavonicas*, occasione itineris litterarii in

rarum malae commutationis specimina animadverterint. Nolim equidem patentem omnibus

Sveciam et Russiam A. 1792 ab eodem suscep-
ti, propositas, in Praefatione satisfaciam po-
stulantibus; idem profitetur in epistolis ad me
datis, quod in Animadversionibus in Constan-
tini Porphyrogeniti libros de thematibus et ad-
ministrando imperio *Bandurius* scripsit: a Grae-
cis exteris voces passim corruptas ac deprava-
tas proferri. Referuntur equidem Partis I. Cap.
X. Historiae Rossicae (Исторія Россійская —
Василемъ Никитичемъ Тапицевымъ 1768. 4.)
causae appellationis diversae nationum commu-
tatione litterarum, quas Graeci faciunt, indu-
ctaе in historiam Slavorum; sed ista litterarum
demutatio seu *μεταστοιχειωσις* per singulos Slavi-
cae linguae sonos Graecis litteris a Scriptoribus
potissimum Byzantinis passim ambiguë signatos
cum interpretationibus Graecis vocum Slavica-
rum ab auctoribus prolatis, primum conferri de-
bet; porro necesse est, inquiramus, qua ratio-
ne vocabula Slavica Graecis characteribus de-
scripta, consentiant cum iisdem vocabulis anti-
quiorum dialecti Slavicae litteralis monumen-
torum, quo melius formulae scribendi Graecae
cum Cyrillicis characteribus depositum enuntia-
tionis optime custodientibus conferri possint.
Id quum maxime necessarium sit primis elemen-
tis antiquissimae Slavorum linguae historice at-
que philologicē cognoscendis, sequenti Cap. II.
desideratam collationem serie characterum Cy-
rillicorum exponere conabor, ubi specimina quo-
que malae commutationis litterarum demonstra-
buntur in antiquioribus Slavorum vocabulis.

nibus veritatem pluribus verbis infirmam reddere; quum nimium sit, quod videmus, quam varie *Sinarum* nomen a diversis gentibus adhucdum perscribatur, defectu proprii characteris primo laudati nominis elemento significando necessarii, cui apud Germanos vix quatuor litterae *Tsch* — sufficient, et Angli suo more *Chinam* scribentes melius proferunt quam Latini; Slavi vero proprio charactere *Ч* perscribere possunt. Sed hoc addiderim: non solum quibusdam litteris nomina populorum ab allophylis subinde corrumpuntur, verum etiam prorsus aliud nomen, licet vicina sit gens, ad apppellandum sibi finitimam suopte ingenio usurpat: Bohemis enim Austria, pluralis numeri usu *Rakusy* *Rakausy*, ab arce *Röß*, antiquitus *Rakez* *Rakouz* 5) nuncupata, in praesentem usque diem dicitur; et nos ab omnibus alienis gentibus *Bohemii*, ex veterum incolarum nomine, quorum incultam regionem maiores nostri factis agris, hortis ac vineis 6) usibus humanis aptam reddiderunt, ambigua appellatione ducta vocamus, quum veteribus nonnullis Scriptoribus, ut *Reginoni* 7) *Sclavi Bohemiae* verius dicti fuerimus.

Quid

- 5) Vid. Weiskern. Niederösterreichische Topographie — Rötz.
- 6) De Diethardo Abate Sazawensi cultui vinearum intento, vid. Lib. III. Cosmae Prag ad A. 1097.
- 7) Nec ipsi maiores nostri alio, quam Slavorum (Slowenorum) nomine, de patria interrogati, respondebant. Vid. §. sequ.

Quid ergo est? cur Slavorum etiam non-nulli Scriptores, Latino sermone usi, ita suos populares *Sclavos* appellaverint, ut etiam propugnare conarentur, hujus orthographiae modum originarium else, qui diplomatibus, numis, atque sigillis Slavorum pro ratione niteretur. 8) Non fraudabo bonae mentis lectorem ingenua confessione prius, quam respondeam. Dum Jordanis auctoritate manu scripta *) certior redditus inquiero in verba

- 8) Cl. Balthasar Adamus Kercselich de Coravia Canonicus Zagrabiensis, cuius *Notitiae præliminaires de Regnis Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae* Zagrabiae, sine anno, typis Antonii Jandera in fol. excusae, *Aug. Mariae Theresiae Vid. inscriptae sunt; Periodi II. §. 1. An Slavi? vel Sclavi dicendi scribendique sint?* disquirens, postea subjungit: *Decreta legum publica, numi veteres, Sclavoniam scribendam evincunt — Sed ipsa numorum inscriptio: Moneta Regis Sclavoniae, quam in denariis Zagrabiensibus (vid. pag. 128 — 130.) Kercselichius observavit, fidem huic tantum rationi facit, qua Slavi prioribus saeculis numos latine inscribentes, et quaevis alia monumenta ejusdem linguae usu publici juris facientes, maluerunt antiquam Latinorum Scriptorum consuetudinem, quam popularis enuntiationis sonum imitari, cuius notatione interpretatio, causae atque ingenium communis universae genti nominis niterentur.*
- *) Antiquissimam Slavorum rem illustrat mirum in modum Bibliothecae Palatinæ Vindobonensis MSS. Cod. membraneus Saec. XII. formæ 4. Nro. 237. olim 690. signatus, in quo a fol. 1.

ba Mosis Chorenensis Iordanē antiquioris,
quibus ille Slavorum meminit, quotidianus
studiorum meorum comes Franciscus Alter
Ling. Graecae P. P. me commonet: in Ar-
meno

usque ad 47. Jordanis Historia de originibus et
actibus Getarum seu Gothorum continetur; ubi
folii quinti pagina versa, de *Sclavanis* iste co-
dicibus editis melior contextus verborum, et hac
methodo descriptus est. —

„ Introrsus illi dacia est ad corone speciem
„ arduis alpibus emunita! iuxta quorum sinistrum
„ latus quod in aquilonem uergit & ab ortu uis-
„ tule fluminis per immensa spacia uinidarum
„ natio populosa consedit! quorum nomina licet
„ nunc per uarias familias & loca mutantur, prin-
„ cipaliter tamen sclauani et antef nominantur!
„ sclauani a ciuitate nouietunense et iacu. qui
„ appellatur mursianus. usque. ad danastrum &
„ in boream uistulatenus commorantur! hi palu-
„ def siluasq. pro ciuitatibus habent. Antef si
„ qui sunt eorum fortissimi qá ponticum mare
„ curuatur ad danastro extenduntur. usque. ad
„ danubium.“

Praestantiam MSti. hujus Biblioth. Palat. Cu-
stos Cl. Georgius Schwandnerus suarum Recen-
sionum MSS. Codd. laudatae Bibl. post Ludo-
vicum Forlosiam, Vol. I. pag. 286. recte agno-
vit, Saeculique XII. codicem else notavit dignum,
qui totus critice conferatur cum editis exempla-
ribus ob lectiones varias, quas in se continet,
illustrandis Slavorum originibus magis idoneas,
quam in excusis Codd. habeantur. Collato ex-
empli causa illo contextu Msti: *Sclavani* — us-
que ad vocem: *mursianus*, cum lectionibus Tom.

meno contextu Slavos a Mose Chor. *Skalavos* in hunc modum appellari casu secundo numeri pluralis: „Thracia Dalmatiae ad orientem versus euntibus, finitima est. Com-
plec-

I. Scriptorum rerum Italicarum Muratorii: *Sclavini a civitate nova*, et *Scla Rumunense*, et *lacu qui appellatur Musianus* — Alia lectione Ambros. Cod. „Scaveni ad civitatem novi, et „unense, et lacu, qui dicitur Mursianus — “ facile intelligitur *Scla Rumunense* auctoritate duorum Codd. ad contextum vix pertinere; illud vero in Vindobon. Cod. conjunctis litteris scriptum nomen: *Nouietunense*, in Cod. Ambros. male divisum, vel ita lectum fuisse; quid enim clarius, et ling. Slavorum indoli magis proprium est, quam *Nowietun*, (*Nowjetjun* sive *Nowjetin*) nomen talis formae Slavicae locorum, quae a Procopio Caesariensi aliisque Scriptoribus Graecis eadem ratione potissimum perscripta est, sicut illam Bohemo - Slavi enuntiant: *Boerotin*; *Hlaupjetin*; *Manetin*; *Z'erotin*, quorum nominum forma urbium, pagorum ceterorumque hujusmodi locorum significatui aptissima, quale specimen popularis philosophiae veterum Slavorum praeseferat, Cap. II. exponere conabor. Ceterum quod ad Ms. Cod. Palatinum attinet, nullis punctis, aut lineolis litteram i frequentissimam librarius insignivit; et, quod mihi ad familiam Codicis *successivi*, ut vocant, pertinere videtur, qui inter apographos suos *paternos* habeat non solum *testimonia concreta*, sive aliorum Codd. ut ex melioribus lectionibus constat supra laudatis; etiam diplomaticae fidei exempla habet: nam Moeso - Gothicarum sive Ul-

„plectitur Thracia regiones minores quin-
 „que, unamque maximam, in qua sunt *Ská-
 laworum* [Սկալաւացւոց] genera viginti
 „et quinque. In quorum locum venerunt
 „Gothi. Habet montes, et fluvios, et urbes,
 „et insulas, et paludes et metropolim feli-
 „cem Constantinopolim.“ 9) In hoc *Skala-
 warum* nomine puram et antiquissimam vo-
 cem *Skála*, Latinis *saxum*, *petram* significan-
 tem, ap̄tissimam arbitrabar esse illi apud
 Jordanem verborum complexui 10), quo is
 Daciam ad coronaे speciem arduis alpibus
 emunitam descriptsit, juxta quorum sinistrum
 latus, quod in aquilonem vergit, Winida-
 rum natio populosa consederit, quorum no-
 mina licet Jordanis tempore per varias fami-
 lias et loca mutarentur, principaliter tamen
SCLAVANOS et **ANTAS** nominatos fuisse.
 Itaque ab illo populari vocabulo *Skála*, *Skal-
 lawanos*, id est: *Petraeos* vel *Alpinos*, nuncu-
 pari voluisse mojores nostros ex moribus eo-
 rundem, et laudatis auctoribus deducebam,
 quibus ista *Ciceronis* verba — „Quod est tam
 „asperum saxetum, in quo agricolarum cul-
 „tus, non elaboret?“ haud parvum ratio-
 nis pondus addiderunt, ut haec Slavorum a-
 gri faciendi diligentia, quae apud Romanos
 lau-

philanarum litterarum formas, quamvis raro ad-
 modum, pro Latinis characteribus in eo descrip-
 tas observavi; id tamen malim ad indolem Co-
 dicis archetypi, quam ad Gothi scriptoris con-
 suetudinem referre.

9) Vid. Whistoniorum Londin. editionis pag. 347.

10) Cap. V. Murator. editionis.

Iaudis argumentum fuit, etiam apud nostram gentem successione temporum commutationi nominum causam dederit, qua *Slavijam* Saeculo X. quibusdam Scriptoribus dicerentur, qui prius *Skalawi* et *Skalawani* dicti fuerint. Fatoe! putabam his rationibus collatis me conciliaturum veteris orthographiae dissensum in *Sclavorum* nomine, cum illa, qua nunc utimur Slavos scribendi ratione; et diu mihi persuadebam auctoritate Nestoris 11) cum Jordane consentientis, quod ad nominum laudatae gentis familiarum etymologiam attinet, etiam commune eorundem *Sclavorum* nomen a loco repetendum esse: maxime spectato majorum nostrorum ingenio, apud quos antiquiora sunt pacis, quam belli studia; quum illi in densis atque 12) aditu difficillimis locis, sparsim et rare positis, vilibusque turguriis habitare consueverint, ubi vix aliquid gloriae, sed plus negotiosae tranquillitatis desideratum fuerit in agrorum cultu. Sed, ut primum refrigerato inventionis amore dedi otium considerandae totius nationis Slavicae auctoritati, quae vario temporum et locorum consensu, ut equidem post diligentem inquisitionem mihi constat, patro sermone ad enuntiandam primam communis universae genti nominis syllabam, non pluribus, aut aliis sonis usa est, quam harum litterarum **SLO**—complexu et potestate; mox iste consen-

11) И на которомъ мѣстѣ седоша, отъ него и имя сѣѣ нарекоша — pag. 5. edit. Petropol. 1767.

12) Vid. infra Cap. III. de moribus Slavorum Pro. copii Caesarien. et Leonis sapientis auctoritates.

sensus vicit meam novae originationis fiduciam, ut eam omnino rejecerim. Itaque in hunc modum pro veritate simplicius egisse mihi video, dum mecum constituo, illam Latinae consuetudinis in scribendo *Sclavorum* nomine orthographiam, diplomatibus, numis atque sigillis innixam, eatenus antiquam esse, quatenus Latini proprios quosdam nationum sonos reprehendentes 13) hunc litterarum SL complexum epenthesi litterae C, praeeuntibus ad istum corrigendi modum Graecis, in communi Slavorum nomine corruerunt. Constat enim Graecos jam characterem K, jam Θ, litteris ΣΛ inseruisse, dum Slavorum nomine uterentur; ut vel ipsa usurpatae alterutrius litterae ambiguitas originariae enuntiationis commutationem prodat; nec desint ad hanc insititiae litterae demonstrationem Graecorum Scriptorum exempla, ut est anonymi hujus apud Bandurium 14), qui recensitae Russorum ad fidem Christianam conversioni alphabetum Cyrillicum litteris Graecis adnectens, nomen elementi ΣΛΟΒΟ, quod potestatem τς Σ habet, inserto Θ ΣΘΛΟΒΟ descriptis; etsi universa gens Slavorum nequidem hujus litterae Θ, nisi in peregrinis nominibus, usum habeat: imo quaedam stirpes etiam in his illam devitent.

§. 2.

13) „ Sunt etiam proprii quidam et innumerabiles „ soni, quibus nonnunquam nationes reprehendimūs. “ *Quintilian. L. I. Cap. 9.*

14) Loco supra laudato N. 4)

§. 2.

Rationum momenta pro enuntiatione populari a Bohemis patrio sermone constanter custodita.

Bohemos cum primis gentem Slavicae originis esse satis constat: sunt enim Srborum, sive Serblorum et Chrobatorum progenies, quod nostrae dialecti collatione cum veteri Serbia seu litterali primum, dein diversitatibus comparatis philologice probatur. Sed, ante quatuor saecula gentis nostrae idoneus Scriptor *Pulkava* jam sub initium sui operis 15) animadvertisit, *idioma Slowanicum, de quo gentes ejusdem idiomatis, SLOWANI, sunt vocati, corrupto vocabulo Slawonicum dici: in lingua eorum enim SLOWO verbum, SLOWA verba dicuntur.* Duobus itaque saeculis ante Johannem Dubrawium *Slowanorum nominis*, Bohemica enuntiatione melius custoditi, originatio a *Slowo, Slowa* in Bohemia deducebatur. Certam enim habemus ex membranis Saeculi XIV. et ante exitum XV. typis editis Codicibus incorruptae pronuntiationis fidem: ita vitae S. Procopii Abbatis auctor rhythmis dialecto Bohemorum veteri conscriptae nos docet, cuius hoc est initium — 16)

Slyste

- 15) Ut equidem ab interprete Bohemico auctor anonymus, qui iussu *Caroli IV. Chronicon Bohemiae* dicitur latine originaliter scripsisse, nomen *Pulkavae* sortitus est. Vid. *Geschichte der Böhmischen Sprache und Litteratur von Joseph Dobrowsky Mitgl. der k. böhm. Gesell. der Wissenschaften. Prag, 1792. 8. pag. 119. num. 10.*
 16) Notitiam hujus Msti Cod. membranei formae

Slyste starzy y wy diety
 Czo gaz wam chczy powiedieti
 O diediczyewi slowenskem
 Czys o prokopowi swatem.

Norunt populares nostri, quod ad puritatem et elegantiam veteris Bohemorum linguae attinet, auctoritatem libri *Passionale nuncupati* 17): heic S. Adalbertus de patria interrogatus respondet: *Slowenin sem a Woytichy innie rzyekagi* — Ejusdem libri folio tertio de mortuis ad extremum diem judicii ab Angelo sono tubae *ρηματικως* convocandis dicitur: *slowensky zatrubi*, quo adverbio sub initium Saec XIV. Dalemilus Cap. 23. usus est de S. Methodio sacris *Slavonice* operante pag. 87. Prochazkianae editionis scribens:

Ten Arcybiskup Rusyn biesse,
 Missi (swatau) Slowensky slauziesse.

Monasterium Ord. S. Benedicti a Carolo IV. Pragae fundatum, in quo ritus Slavicu-

or-

12. vide in laudata Historia linguae et litteraturae Bohemicae pag. 91. numero 8. a)

17) Hujus libri typis editi Pragae A. 1495. fol. in exemplari Biblioth. Palat. Vindobon. XVII. C. 5. haec inscriptio habetur: *Poczynagi se knhy genz slowu latinie pasyonal a czesky život a vnučzenie wszech Swatych Muczedlnikuow a nayprwe o božiem przissti* — Subscriptio vero: *Skonawagi se životowe Muczedlnikuow a muczedlnicz božych. Lethapanie Tisyczicho cztyrzstebo Dewadesateho pateº. w Starem Miestie prazskem* Ten vtery przed Swatu Marzy magdalenu. *Miesyce Čz* (in fine lineae r, excidit) wencze Tom. I.

B

ordine Romano, litteris Glagoliticis descriptus, magno rei litterariae Bohemicae incremento servabatur, non tantum patrio sermone (*Klasster Slowany*) verum etiam Latino *Slovanum* nostri Scriptores appellabant. 18) Et, neque saeculis consequentibus usque ad nostram aetatem scio aliam fuisse apud Bohemos consuetudinem patria dialecto commune illud gentis Slavicae nomen enuntiandi et scribendi, quam usu majorum, quo custodiam praecipuae antiquitatis *Slowanicae* apud nos ideo viguisse constat, quia post tot barbara Codicum nostrorum incendia, et inhumanos conatus ad abolendum idioma Bohemicum, tamen haud exiguae supersunt membranae puritatem et proprietatem antiquissimae Slavorum linguae praeserentes. 19)

§. 3.

dne posledniho + + De antiquitate, praestantiaque philologica hujus libri agam infra, monumenta Bohemo-Slavicae dialecti antiquissima illustraturus numero I.

- 18) Operis inscripti: *Kronyka česká* — *Excudebat Normberge has historias breviter accumulatas Regni Bohemie Venceslaus austinus Impensis Honorabilis Viri Domini Magistri Johannis Chocensis Collegij et Studij Pragensis. Annorum. 1537. 6. die Maij. forma 8.* Bohuslaus Bilejowsky b iij pag. 2. in hunc modum scripsit: *Cysar Karel taře milowník yazyku českého — Nayprwe vstawię klasster Slowany &c.* Johannes Dubrawius Episc. Olomucensis identidem *Monasterium Slowanum* appellavit Hist. Boiem. edition. Wechel. pag. 203.
- 19) Vid. Nota 15. laudatam Historiam L. Bohem.

§. 3.

*Aliorum ejusdem Slavicae originis popu-
lorum consensus in enuntiando hoc nomi-
ne communi Slowanorum patrio idio-
mate scribentium.*

Ab Adriatici maris litore usque ad ma-
re glaciale pene continuo terrarum tractu dif-
fusam Slavici nominis gentem breviter istis
versibus *Palmota* Slavus Dalmatiae Poeta
complexus est —

Nà Slovijnskí ježík, koi
Od Adrie mora rédom
Svukoliku Žemglju svoij
Do puccine mrážne lèddom.

Thesaurum *Linguae Illyricaæ* (Ježika Slo-
vinskoga) Jacobus Micalia S. J. sumptibus S.
Congr. de P. F. Laureti A. 1649. forma octa-
va impressum eadem cum *Palmota* enuntia-
tionis ratione inscripsit. Celeberrimus Scrip-
tor Ragusinus Ignatius Giorgi Congr. Melit.
Psalterium Illyricum ab se versibus reddi-
tum, *Saltier Slovinski* appellavit, excusum
Venetiis A. 1724. per Christophorum Zane.
Paulus Posilovich de Bosna Argentina Epi-
scopus Scardonensis in fronte libelli: *Цвијет
о Крепости Дахобни* profitetur, hunc *Florem
virtutis e Lingua Latina in Slowanicam, 8* *Жезик
Илирички алити Словински*, sua opera trans-
latum fuisse, quem Ferdinando IV. Bohemiae
ac Ungariae Regi inscripsit Venetiis A. 1647.
minori forma editum typis Nicolai Pezzani.
Paulus Iulinacz gente Illyrio-Serbus Intro-
ductionem in Historiam Originis *Slaveno-Ser-
bicae nationis*, eadem formula inscripsit:

Sloweno - Serbskagho národa. Slavis meridionalibus, nimirum Carnioliae, Carinthiae, Styriae, Istriae, Marchiae Slavonicae lingua Slavonica vernacule dicitur: *Slovenski iesik*, et Slavi *Slovenci* appellantur ab antiquis et recentioribus eorundem Scriptoribus (20). Sed totius Illyrici, atque illarum regionum vicinarum, ubi Vinidorum meridionalium dialectus viget, rationem enuntiationis laudatae confirmat auctoritas *Breviarii Slavonici*, quod characteribus Glagoliticis puritati veteris linguae Slavorum litteralis restituere iussione Romani Pontificis conatus est *Raphael Levacovicz* Archiepiscopus Achridanus, cui non alia nominis Slavorum in praeftatione formula in usu fuit, quam a litteris SLO — inchoata: identidem *Missale Romanum* in usum Slavo - Latini ritus populorum, litteris iisdem Glagoliticis Romae A. 1706. editum inscribitur, ut suo loco Vol. III. Lib. II. Cap. XVI. in propriis inscriptionibus videri poterit, Slavi Hungariae, illi cumpromis, quorum dialectus litteralis est eadem cum Slavo - Bohemica, non aliter quam Bohemi laudati nominis enuntiationem ordiuntur, ut omnes eorundem libri testantur.

Russorum antiquior consuetudo fuit eadem cum Bohemis, et a Nestore Monacho

Pe-

(20) Vid. inscriptio Bibliorum dialecto Vinidorum meridionalium redditorum, quæ A. 1584. Wittenbergae in folio typis excusa sunt 2 Volumm. et in Biblioth. Palat. Vindobon. IV. C. 13. servantur.

Pecz'eriensi, ex universa Slavorum gente, quantum constat, primo auctore historico omnium, qui Slavice scribentes, suae gentis nomen commune memoriae prodiderunt, usque ad exitum Saeculi XVI. constantem *Slowenorum* aut *Slowjanorum* nominis scriptiōnem invenio. Nestori quidem in exemplis cum ex Regiomontano Codice 21), tum ex Niconis Patriarchae typis editis, *Slavi* dicuntur Словене, et *Slavorum gens*, Словенскій языѣ, identidem lingua eorundem scribitur.

Ab antiquo scriptore anonymo opusculi: *Сказаниe како состаўи сѣвін кирилъ философъ азъевъкъ, поѧзыикъ словенъскъ. Икниги преведае, ѿгrecескихъ на словенъскъ языикъ* 22); *Slavi* СЛОВАНЕ appellantur. MAXIMUS GRAECUS Monachus Athonitanus, Grammaticae Slavicæ primus editor, qui circa initium Saeculi XVI. Moscuae emendationi librorum Ecclesiasticorum Slavonicorum operam dedit 23), eadem cum Nestore orthographia Slavicum nomen descripsit. Editio princeps Sla-

21) Editionis supra Nota 11. laudatae pag. eadem; identidem in alia editione contextus Slavonici; Versioni enim Germanicae, et Praefationibus Russicis non est adhaerendum, ubi littera o in a mutata legitur.

22) Juxta exemplar antiquum forma octava typis excusum sine loci annique indicio, Pragae in Bibliotheca Illustriss. Familiae Comitum Nostitzianorum bene custoditum.

23) Vid. (Johannis Bacmeister) Beyträge zur Lebensgeschichte des Patriarchen Nikon — Riga

Slavica litteralis totius Sacrae Scripturae
Ostrogae (sive Ostrohae, ου Οστροζκ) 24)
A.

bey J. F. Hartknoch 1788. 8. pag. 162. Plura de meritis Maximi Graeci adferam Vol. II. Cap. X. et Vol. III. Cap. XV.

24) Sicut Bohemi litt. **h.** = Γ. e. g. nominis: *Praga* mutant in z. in *casu Narrativo* sive *Locali*: **w Praze** = εν πραζκ, ita quoque nomen Slavonicum urbis Οστρογκ, si Latina consuetudine scribere volueris, analogiae Slavorum causa in eundem modum scribendum arbitror, quo *Praga* scribitur derivatione a Slavico nomine Πράγκ ducta. (lege *Prah*, quo nomine primum: *cata-racta*, deinde *limen* translata significatione designatur.) Hanc orthographiae observationem necessariam, et illis lectoribus non ingratam fore judicabam, qui *Johannis Petri Kohlia*, Viri de Slavica re litteraria optime meriti emendationes quasdam desiderant operis, quod ille inscripsit: *Introductio in Historiam et rem litterariam Slavorum, imprimis sacram, sive Historia Critica Versionum Slavonicarum maxime insig-nium, nimirum Codicis Sacri et Ephremi Syri, duobus libris absoluta*. Altonaviae 1729. f. 8. Heic itaque Kohlius quum de duplice Versionis Slavonicorum Bibliorum editione ageret, pag. 11. ita scripsit: „Quarum altera et prior editio „*Ostrogliae*, quae Polonica in Voliniensi domi-„nio sita urbs est — (e) a nonnullis Ostrosia, „sed falso appellatur“: postea in *addendis et corrigendis ad Librum primum*, id, quod prius tantisper meliori auditu perceptum scripserat, tandem viso Codice prioris editionis deterius emendavit pag. 205. „Circa veram vocis hujus

A. 1581. f. litteris Cyrillicis excusa, по тъзъкъ словенскъ lingua Slavica in ipso fronte codicis reddita legitur. Adhuc sub finem illius Saeculi saepe laudatus nomen Slavicum scribendi usus Leopoli obtinuit, ubi A. 1591. forma octava edita est ГРАММАТИКА ДОБРОГЛАГОЛНВАГО ЕЛЛНОСЛОВЕНСКАГО ІЗЫКА.

Sed, tot veterum atque recentiorum popularis primae antiquitatis tenaciorum Slavorum auctoritates adductas nemo mihi succenseat, velut nimis minute nomen illud commune aucupatus fuerim: nam id vocabulum,
quam

„scriptionem fateor me fluctuasse. Rectius au-
„tem sine dubio scribitur *Ostrovia* seu *Ostrovi-
„um*, quam *Ostrogium*. In ipsis enim, quae
„Ostroviae prodierunt, bibliis, Slavonicis ty-
„pis (Cyrillicorum characterum) editis Ὀστρογίᾳ
„Graece haec urbs vocatur, quam propterea
„scriptionem sequi praestat.“ Sed Virum cetera
eruditum oportebat, non Graece, sed Slavoni-
ce scripti nominis locum editionis designantis ra-
tionem habere; ne duorum locorum diversae sig-
nificationis nomina confunderentur: nam *Ostro-
via* seu *Ostrovium*, derivatur ab appellativo
nomine Ὀστροβη, *insula*, *Apocal.* XVI, 20. οὐ
βιλὴ Ὀστροβη εἴκα; nec litt. β. mutatur in ali-
am propter Γ, *Narrativi casus*, ut solet Γ. com-
mutari; *Apoc.* I, 9. οὐ Ὀστροβη. *Ostróglia* ve-
ro, vel potius *Ostroga* Slavica originatione ni-
titur nominis Ὀστρογη, quo significatur locus
per gyrum palis circumdatus, cuius vocis anti-
quitatem sequenti Cap. II. melius exponam.

quam ob causam ita factum sit, quamque vim et potestatem significatus habeat, inquirenti necessarium erat, antiquam et veram lectionem certis plurium et majorum Slavicæ originis popularium scriptorum monumentis comprobare; maxime quum haec rei Slavicae particula mihi desiderata videretur, e cuius neglectu, quidquid de Slavorum nomine perperam scriptum est, malam originem accepit.

§. 4.

Vis et significatus patria consuetudine prolati SLOWENORUM nominis.

Rectam ex ipso nomine SLOWENORUM vel SLOWANORUM vernaculo, vera aut verisimili demonstratione interpretationem ductam expositurus, utar momentis tribus istis: *ratione, historia et originatione.* Primum, quia necessaria videtur inter notiōnem et vocabulum conjunctio; dein, quod sine rei gestae auctoritate originatio grammatica facile nos inducit in interpretationem a veritate alienam; porro, ut ideae perspicuitas historiae innixa, et cum vera enuntiatione vocabuli colligata cogitantis atque loquentis mentem junctam et manifestam reddat, notatione opus est: ita enim haec continebit quoque in se eruditionem aliquam, si ex philosophia populari, et historiarum veterum notitia nomen requiratur. Ad *rationem* quod attinet, nomen commune *nationis populosae, per varias familias et loca singularia stirpis suae nomina mutantis, non potuit ap-*teriori

tiori fundamento notionis cogitari, quam sit ista Ciceronis L. de Officiis, ratio: „— Gra-
„dus autem plures sunt societatis hominum.
„Ut enim ab illa discedatur infinitate, pro-
„pior est ejusdem gentis, nationis, *linguae*:
„qua maxime homines conjunguntur.“ Nihil
igitur ad plurium atque magnarum jam ejus-
dem originis familiarum singulis nominibus
distinctarum conjunctionis vinculum mente
concipiendum fuit aptius et verius, quam
sit illa unius ejusdemque *sermonis perceptio*:
etiam nulla re gens alterius originis ab alia
melius distinguitur, quam sermone sibi pro-
prio; originem enim etiam illae nationes
commutasse censemur, quae popularis lin-
guae versuram fecerunt, et quod bonum erat
in moribus, ne quidem vocabulis jam tenent.
Hoc vinculum societatis humanae maximum
ut apud gentem Slavicae originis universam
servaretur, et propagaretur deductione co-
loniarum, lege quadam consuetudinaria mi-
hi videtur constitutum fuisse; ut in hujus rei
testimonium ipsius linguae Slavicae indoles
ac forma plurium saeculorum decursu, tot
in diversa climata migrationibus; tam varia
vicinitate populorum, ceterisque rationibus
minus, quam fieri soleat, commutata, pri-
mum adduci possit. Imo huic etiam com-
mutationi, quae alioqui nulla humana indu-
stria in quotidiano sermone impediri potest,
communi quadam orientalium cum primis po-
pulorum prudentia obicem statuerunt majo-
res: ut ea solum dialecto Slavorum, quae
primum sacrorum Christianorum usu propri-
is litteris perscripta fuit Saeculo IX. et ve-
tus *Serbica* est, atque litteralis Slavorum dia-
lectus

lectus appellatur, cum sacri, tum profani libri universaque rerum monimenta scriberentur. Sed infra Cap. VII. de duplice praecipuum gentis Slavicae populorum dialecto plura proferentur praesenti argumento idonea; nunc in summa dixerim: quam fuerint sermonis patrii tenaces ingenuae ac antiquiores Slavorum stirpes, vix in dubium vocari potest, quum certum sit, nonnisi violentis artibus; inhumano contemptu; technis proditorum patriae ambitioni et avaritiae deditorum, atque aliis ad opprimenda hominum ingenia pravis conatibus, linguae Slavicae omnem usum in quibusdam antiquarum Slavoniarum regionibus deleri potuisse. Contra vero amor et studium linguae patriae, quam virtutem apud Slavos induxerint, Saeculo IX. res gestae testantur, ut sive in Ecclesiam plures vocare, sive jam congregatos servare Slavos, nullo meliori subsidio praecipui eorumdem Doctores *Cyrillus et Methodius*, quam linguae Slavicae usu cum sacris ritibus coniuncto potuerint. Itaque humana et Christiana Slavorum societas unius linguae vinculo nitebatur, quo pretium illius apud gentem universam facile agnoscitur, atque etiam in communi nomine custoditur. Quo igitur aptiori modo majores nostri gentis universae communionem cogitare potuerunt? quam notione sui *sermonis*, qui **Слово** illis dicitur: nam hoc vocabulo non tantum *verbum*, verum etiam *sermonem* significari, cum lingua veteri eorum, tum Bohemica dialecto antiqua certum est. Et, quod ad illam attinet, **λόγος** etiam tum, quando *sermonis* notione in Scripturis S. occurrit, et hac voce a Vulga-

to Interp. Lat. redditur, Slavis est **СЛОВО**, ut conferenti singulos Novi Testamenti libros constantia Interpretis in versione laudatae vocis apparebit; ita e. g. Matth. V. 37. **Буди же слово твое сънъ, сънъ; ии, ии** — atque aliis locis reperi. Sed in Slavo - Bohemico antiquissimo, ut equidem habemus, Vindob. Palat. Biblioth. *Evangeliaro*, duo tantum exempla inveni, ubi voce **slowo** Vulg. Versionis *sermo* redditur; penso nimirum 47, Marci XVI. 20. — **y slowa potwruzugycze** — genitivo casu numeri singularis, quem servato vocabulo Fratres Bohemi plurali numero expresserunt; **a slow gegich potwruzowal**. Alter locus est in Lect. Evangel. festi SS. Simonis et Judae Apostl. Ioannis XV, 20. — **gsulyt me slowo schowaly** — Itaque vel antiquissima est Slavorum consuetudo voce **slowo** et *verbum* et *sermonem* significandi; vel in hoc Evangeliarii Vindobonensis utroque contextu Cyrillicae versionis graecissantis vestigia habentur. Nihil jam obstare mihi videtur, quo minus a voce **СЛОВО**, quatenus *sermonem* significat, originatione ducta, **SLOWENE** idem sint, ac *sermonales* ut Tertulliani vocabulo utar; sed proprii sermonis communione, quae patriae vocis signo sufficienter designatur proxime derivato ex nomine adjektivo **slowny**, sed forma *apocopata*, **slowen**, quae vim arthri Graecorum habet, veteribusque Slavis quam recentioribus magis usitata, a nostris Grammaticis passim *absoluta* dicitur, altera vero *constructa*. Sed ne molestiori diligentia huic interpretationi diutius inhaerem, malo jam plura desideranti minus dixisse, quam descensu ad extremam anxie-

ta-

tatem nimium adferre lectoribus in etymologicis modum postulantibus: mihi enim id praecipue videbatur necessarium, antiquioris ac certae enuntiationis patriae nominis **SLOWenorum** in primis quatuor elementis vim sitam, consensu populari primum, dein ratione, historia et originatione illustrare; diversitas partis reliquae nominis *Slowjanorum*, sive *Slowanorum*, *Sloweninorum*, *Slowakorum*, substantiam non mutat, sed ad varietatem dialectorum pertinet.

§. 5.

Ingenuitas Slavorum Augg. Imperatt. Cae-sarr. auctoritate ac diplomatum fide com-probata.

Ab orientali Imperio auctoritate ducta, testimonium Slavica ingenuitas praecipuum habet a *Leone Sapiente*, quod ex *Tacticorum Cap. XVIII. Cl. Kollaris in Amoenitatibus Historiae Iurisque Publ. Regni Ungariae 25 civi-*

25) His Cl. Viri Amoenitatibus paßim quoque nonnulla Slavorum vocabula illustrantur; maxime Volum. II, Sect. VI, Cap. III, ubi de generibus servitutis agitur. Volum. I, Sect. II. Cap. I. laudata Imperatoris Leonis Sap. verba continentur. Typis excusae sunt Amoenitates illae Vindobonae 1783. f. 8. De meritis in rem Literariam Slavorum Illustr. Adami Francisci Kollarii Equitis Ungari de Keresztény agam Vol. V, Cap. XXIV, ubi eadem merita Illustriss. et Clariss. Virorum Bibliothecae Palat. Vindobon. Praefectorum, Directorum, Custodum, Scrip-

civibus suis ita legendum protulit: „ Slavo-
 „ rum quoque gentes et vitae victusque ratio-
 „ ne et moribus aliae aliis sunt persimiles,
 „ *ingenuae atque liberae*, quibus servitus et
 „ subjectio nulla unquam ratione persuaderi
 „ potuit praesertim tum, cum ultra Danubi-
 „ um in propria regione habitarent; unde eti-
 „ am huc traductae, et quodam modo servi-
 „ tutem amplecti coactae, nemini alii liben-
 „ tius servire volebant, quam quodam modo
 „ suis: melius enim arbitrabantur, a princi-
 „ pibus gentis suae atteri, et opprimi, quam
 „ Romanis parere, subjicique legibus. Quae
 „ autem salutaris baptizmatis sanctificatio-
 „ nem sunt amplexae, hoc ipsum usque ad
 „ nostra tempora, quantum quidem in ipsis
 „ est, pro veteris libertatis consuetudine, re-
 „ tinent, atque observant. “ Nec sibi tantum
 ingenuae conditionis humanae societatem pro
 moribus antiquis vindicabant Slavi, verum
 etiam

torumque singulari §. grati animi, universae
 Slavorum gentis, causa recensebo; horum enim
 curis, studio, ac industriae, in hunc Palatinum
 ingeniorum thesaurum inflatos, recensitos et par-
 tim editos, illustratos, tum servatos ab interitu
 magis quam in patria, Codd. Slavonicos debe-
 mus. Sed, quod priori loco me facere oportet,
 ab AUGUSTI IMPERATORIS et CAESARIS
 FERDINANDI I. Regia beneficentia et studio
 rem litterariam Slavorum, cum primis *Glagoliti-
 cam* promovendi, illum peculiarem locum ordi-
 ar, et porro AUG. DOMUS AUSTRIACAE de
 lingua Slavorum bene merentis certas memorias
 veritati restituam.

etiam quoscunque alios homines, qui in servitutem, olim jure belli introductam, ab illis redigebantur, ea benignitate complexi sunt, ut laudatus Imperator hoc genus humanitatis eorum in hunc modum impense laudaverit eodem Tacticorum loco numero 6. „Alterum quoque ipsis olim multo humanius else videbatur; nam eos, qui bello capti apud ipsos versabantur, non indefinito tempore, donec scilicet ipsi vellent, in servitute detinebant: sed id ipsum potius captivorum arbitrio relinquebant, certo servitutis tempore illis praescripto, ut post certum illud tempus, si vellent, aut ad suos cum stipulata quadam mercede reverterentur, aut, sin mallent, apud ipsos else, liberari atque amici permanerent.“ Quidquid porro veteris hujus laudati moris temporum successione Slavi deterius mutarunt, id commutatione cum alienis moribus malo exemplo, et barbara irritatione factum est, ut haec omnia contra humanitatem gesta melius ad virtutem compositi nepotes ingenue detestentur, et nescio quam infelicem olim inter Germanos et Slavos vicinitatem contigilse 26) doleant. Sed haec non fuit ubique Slavis perniciosa; sed alibi locorum popularis, sed humanior, cum primis Saec VIII ad ANASSUM in Norico Ripensi, in Austria nimirum, unde Nestori Pecz'eriensi Monacho sub ini-

26) Iohannes G. Herder operis inscripti: *Ideen zur Philosophie der Geschichte der Menschheit*. Riga und Leipz. 1791. P. IV. Lib. 16. IV. *Slawische Völker*.

initium *Annalium suorum* pag. 6. — Наричае-
ми Норици, иже суть Словене — Norici nun-
cupati, sunt iidem qui *Sloweni*; quos anno
Chr. DCCLXXVII. tali numero heic conse-
disse certum est, ut in *charta traditionis Thas-*
silonis legatur *decania Sclavorum* Monasterio
Cremifanensi tradita; nomen *Jopani* occurrat,
quod Slavicum esse notum est 27); triginta
Sclavi ad *Todicha*; traditio terrae, quam illi
Sclavi cultam fecerunt — *infra locum, qui vo-*
catur Forst ad Todicha et ad Sirnicha. Simili-
ter et in alio loco, qui dicitur *Eporestal* — Qui
nihil nisi mancipia in hoc Sclavorum nomi-
ne sibi fingunt, velim, contextum litterarum
Caroli Magni, quibus charta Thassilonis con-
firmatur, diligentius illi perspiciant; quarum
duplex exemplum Cl. Heyrenbachio notum
erat: unum datum anno Chr. DCCXCI. quod in
Annal. Monast. Cremifanensis a Rettenba-
chero editis fol. 28, 29. videri potest; alterum
anno DCCCII. datum 28) in quo signifi-
can-

27) Vocabulum illud varie scriptum Cl. *Du Cange* in *Glosario ad Scriptores mediae et infimae Latinitatis nova opera et studio Monachorum Congr. S. Mauri Basileae IV. Tomm.* edito, egregie qui-
dem conatus est illustrare; sed restant complura
subsidia, quibus sive ad originationem, sive
ad usum vocis antiquissimae et communis uni-
versae Sclavorum genti, ex diplomatibus vel
maxime majus lumen accedit. Vid. Cap. II.

28) In anonymi Cremifanensis interpolationibus
Chronici Hermanni Contracti Austriam spectan-
tibus annus iste iterum datae confirmationis pri-
vilegii rogatu Walderici Pataviensis Episcopi con-

cantius *Sclavorum* libertas asseritur: his verbis: „Insuper etiam terram illam, quam „Sclavi prope flumina Todicha et Sirnicha „sine licentia Thassilonis Ducis stirpaverunt. „Similiter et in loco, qui vocatur Eporestal. „Si vero illi Sclavi rectum censem, et laudabile servitium facere voluerint, terram „illam possideant; sin autem liberi discedant.“ Sed nihil clarissimum esse potest alio contextu litterarum donationis Ludovici Imp. ejusque filii Lotharii apud laudatum Rettenpacher fol. 30. 31: „Memoratum vero territorium (*in pago Grunzwiti, cuius situm in terra infra Anasum contra Abbatem Besselium singulare Dissertatione Heyrenbachius probavit.*) „quantumcunque infra suprascriptam terminacionem consistit, salvis tamen proprietatibus LIBERORUM SCLAVORUM. —“

Non est mei instituti, sive de varia libertatis Slavorum fortuna, sive de servitutis genere diverso, cui subinde hi subdebantur, dissertationem texere: originarium enim tantum ingenuitatem eorundem fide historica certiorem reddere mecum constitui. Sed illam felicioris vitae conditionem *Slavorum in Austria*, quorum antiquissimam heic Saeculo VIII,

venit cum anno Heyrenbachii; sed prioris loco apud anonymum Cremifanensem est annus DCCLXXXII. Vide Rerum Austriacarum Scriptores, qui lucem publicam hactenus non videbunt — a Cl. Adriano Rauch Cler. Reg. Sch. Piar. editos Vol. I. Vindobonae 1793. 4. pag. 165. et seq.

VIII, atque populosam, aequa ac faciendo agro deditam fuisse coloniam constat, paucis tantum verbis innuo: peculiarem enim Dissertationem minime suspecti de studio partium auctoris Ios. Heyrenbachii S. I. Biblioth. Palat. Vindob. Custodis, impetrata facultate Societas Regia Scientiarum Bohemica suis Commentariis insertam e MSto. laudatae Biblioth. publici juris faciet, gratique animi causa ejusdem Cl. Auctoris memoriam posteritati tradet.

§. 6.

Allophylorum nostri aevi Scriptorum illustrium, cum primis Germanorum studia, et humanitas in Slavorum nomine ab injuriis vindicando.

Jam anno hujus Saeculi supra trigesimum septimo Petr. Friderici Arpi JCti ea fuit humanitas et studium aequitatis, ut certa fide monumentorum historicorum atque judicio instructus de Slavis ista moderatione ingenii scriberet 29) : „Consuetudinum „sua-

29) Parte I, §. XXXI. sui operis inscripti: *Themis Cimbrica, sive de Cimbrorum et Vicinarum gentium antiquissimis institutis Commentarius*. Hamburgi ex officina Koenigiana 1737. f. 4. Arpius optime meritus est de gente Slavica, cuius leges, nullis perscriptas tabulis quum compactu exhibere non posset, de his ex illius gentis laudatae institutis et moribus conjecturam fecit.
Tom. I.

„ suarum observantia factum esse reor, ut
 „ odio eos maxime haberent vicini, et pas-
 „ sim armis illatis compescere studerent.
 „ Quibus tandem fortissime pugnantes cede-
 „ re coacti sunt. Mores eorum, fama in pejus
 „ vergens refert. Nec me fugit multa fecisse
 „ ab humanitatis ratione aliena. Multa ta-
 „ men iidem praeclare, recteque instituerunt,
 „ quae ut sine bile ponderentur, nostrum
 „ eo magis interest, quo plura ex iis nostrae
 „ leges et jura retinuerunt. Licet hodie vile
 „ et abjectum *Sclavi* et *Venedi* nomen sit, o-
 „ lim tamen gens fuit magnifica et digna,
 „ cuius originem Sarmatis inviderent Ger-
 „ mani.“ Sed huic nostro tempori annis pro-
 „ prioribus tali consensu ex authenticis mem-
 „ branis, et veterum auctorum testimoniis,
 „ eruditi quidam Viri Germaniae humanitatis
 „ cultores bonam Slavorum causam tuentur,
 „ ut quicquid sermo sine ullo certo auctore
 dispersus 30), cui malignitas initium dedit,
 scrip-

cit, quae mihi videtur tam justis rationibus com-
 probari, ut non dubitem eruditii viri opera uti
 Cap. III, de moribus Slavorum acturus illustran-
 dae veteri eorundem linguae necessariis.

30) Non possum alseverare, quo auctore nomen
Sclavorum servilibus notis compunctum sit; an-
 tiquum tamen hoc contra humanitatem, abusu
 veteris orthographiae nominis illius a Graecis et
 Latinis propagatae, delictum esse facile digno-
 scitur, si fatagentis nostrae e Saeculo VIII. me-
 moria repetantur apud Constantimum Porphyrog.
 Helmoldum, et apud Viros humanitate ac erudi-
 tione conspicuos, hocce §. 6. a me laudatos,

scriptio monumentum, incrementum credulitas, in originationem laudatae gentis ac linguae servilis notae intulit, jam nunc Teutono idiomate magis elidatur, quam potuerit non bonis Ludewigii conatibus 31)

C 2

aeta-

qui veterum auctorum fidem sequuti, Slavorum gentem ab injuria veteris calumniae vindicarunt, De abusu nominis *Sclavorum* ad mancipia significanda vide Du Cangii utriusque linguae Glos-saria.

- 31) Iohann Peter Ludwigs — *Vollständige Erläuterung der guldernen Bulle* — Frankfurt und Leipzig. 1752. 4. Titul. XXX. de Institutione Electoralium heredum in linguis — pag. 1416. ad §. 2. *Was Corolus IV. vor Ursachen gehabt die Wendische (oder Sclavonische) Sprache denen Churfürstlichen Printzen aufzugeben, und anzubefehlen?* — Heic, postquam Ludewigius infelici opera in compluribus centuriis vocum Slavicarum, vix unam alteramve investigasset, quae cognationis cum vocabulis H̄ebraicis, Graecis, Latinis et Teutonicis aliquod vestigium praeseferret; tandem fert sententiam, cujus malo totidem verba, quam interpretationem dare: *Da nun diesem also, hätte sich Carolus IV, um so viel ehender bedenken sollen, denen Churfürstlichen Printzen die harte und ungestalte Wendische Sprache aufzuerlegen. Wie dann eben deswegen diese Satzung mehr verlachet, als in achtgenommen, und in die Uibung gebracht worden, Indem sich ein Chur - Printz oder Churfürst fast geschämet haben würde, wenn ihm einer nachsagen sollen, dass er Zeit und Fleiss auf diese Knechtsprache gewendet.* Absonder-

aetatem ferre. Huic itaque tres viros humilitate illustres oppono: *Iosephum Heyrenbach*, *Iohannem G. Hentze*, et *Iohannem Gottfr. Herder*; quanquam plures omnino sint, quos identidem in testimonium citare possem. Sed modum sive in laudandis, sive in excerptis ad institutum praesentis argumenti auctoribus tenebo.

Iosephi Heyrenbachii dissertatione ad propositi rationem haec summa momentorum continetur. Slavorum in Austria antiquitas magnae illius expeditionis Francici exercitus epocham praecedens. Cis et trans Danubium; supra Anasum ante erectam Marchiam orientalem Slavos tam populosos sedisse, ut saeculo adhuc X. velut una ex duabus praecepsis Austriae gentibus reputarentur; qui heic loci non ut servi duntaxat Germanorum vixerint; sed fuerint identidem sicut hi partim liberi, proprietate bonorum suorum gaudentes incolae, usum habentes eorundem jurium et libertatum cum indigenis

lich da die Wenden zu den Zeiten Caroli IV. bereits in einer solcher Verachtung gewesen, dass man solche gleich den Knechten und Hunden gehalten. Istis aliisque Ludewigii verbis contra linguae Slavicae indolem et praestantiam prolatiss. sequenti, quantum equidem heic fieri expedit, respondebo; tum vero Vol. II. Capp. V., VI., VII.; et X., XI., XII. Vol. III., Cap. XV. Vol. IV. Capp. XXI., XXII., atque Vol. V. Cap. XXIV. qua fiducia minus explorata Ludewigius scripserit, melius demonstrabitur.

nis Germanis. Has positiones augendae universali Historiae idoneas Auctor probat veritate historica niti, imo fide diplomatum demonstrat. Quod vero ad commendationem studii linguae Slavicae attinet, quum Ludewigius servis tantum ac mancipiis dignam esse voluerit; Heyrenbachius contra futurum asserit, ut is immortalem memoriam mereatur, qui *Tabulas Parallelas dialectorum Slavicarum adornare conatus fuerit* exemplo Cl. Viri Caroli Michaeler, cuius studio *Tabulae Parallelae antiquissimarum Teutonicae linguae dialectorum — ex priscis monumentis collectae Oeniponte cīo Iocc LXXVI. forma 8. typis excusae sunt.*

Joh. G. Hentze peculiari specimine 32) Slavis Germaniae septentrionalis et orientalis ingenuitatem; pacis studia; agri faciendi

32) *Versuch über die ältere Geschichte des fränkischen Kreises, insbesondere des Fürstenthums Bayreuth. Von Johann Gottlieb Hentze Hochfürstlich Brandenburgischen Archiv - Secretär — 1. Stück. Bayreuth 1788. 8. De Slavis isto specimine agitur, et §. XII. pacis studia laudatae gentis, quibus haec ad cultum humanitatis priori etiam progressu accessisse dicitur, ab auctore referuntur. Hanc Transalbinos gentis nostrae populos pacem antiquissimis temporibus coluisse videor mihi legere apud Strabonem Lib. VII. „Ac fuissent, ut appareat plures etiam cognitae „(gentes), si Augustus militibus permisisset, ut „transmisso Albi eo rebellantes persequerentur. „Sed promptius censuit Augustus se bellum,*

endi atque colendi diligentiam; et, qui haec industria cultus humanitatis nascuntur, antiquiores fuisse tam certis probavit monumentis, ut etiam cominoneret Thuringos gratae memoriae majorum, quorum illi diligentissima opera, velut *Slavica hereditate* utebantur,

Ad *Philosophiam Historiae Humanitatis* 33) ideae a rebus gestis Slavorum translatae Iohanni G. Herdero dignae videbantur, quas ille sexto supra decimum libro sui operis insereret, unde ad praesentis argumenti rationem quaedam momenta compendio hoc transferam admonito lectore *Slavophilo*: Herderum dignum esse et grati animi memoria, et qui suo verborum complexu integre legatur. Itaque majus terrarum spatium ei videntur Slavi occupasse, quam in historiarum voluminibus descriptum habeant, ea potissimum de causa, quod vixerint remotiores a Romanis: esse nihilominus pene immensas regiones, quibus vel in Europa adhucdum potiantur. Passim antiquitus colonorum more consediisse, ut incolis destitutas provincias occuparent, sive pascendis gregibus, sive silvestri regioni in arvorum formam redigendae, et cultorum novalium curae intentos, quo factum sit, ut vitae gene-

„quod erat prae manibus, confecturum, si possemus ultra Albim sitos, ac nihil moventes, missos faceret, neque irritatos maleficio ad societatem cum hostibus ineundam invitaret.“
33) Vide opus supra N. 26. laudatum.

nere tranquillo, ac disciplina rei rusticae proficerent in cultu novarum sedium. Artes etiam rei familiari necefsarias atque utiles eos exercuisse certum est, rerumque natura, industria, et arte productarum facto commeatu, emporia instruxisse, ubi omnis negotiatio conveniret, infra Cap. V. ipse pluribus argumentis comprobabo. Sed his omnibus, quos Herderus laudat, egregiis conatus ad cultum humanitatis pertinentibus non poterant Slavi declinare oppressionem suae libertatis, qua non sine honesta subjectione et obedientia ruri delectabantur: quum enim mallingt condigno censu tranquillum suae regionis incolatum redimere, quam sublimioris jura potestatis armorum licentia bellicosis principibus perpetuum vindicare, plurimum nationum, maxime stirpis Germanicae, iram sibi consciverunt. Sed nolim ista Herderi verba universim accipientur: quibus enim juribus, quam tranquille in Austria vixerint majores nostri, ex Heyrenbachii dissertatione satis constat; et mihi magis in animo est cujuspam gentis communia humanitatis studia in Slavos impensa grata memoria repetere, quam veteris irae ac odii meminisse. Profecto complurium illustrum Germanorum, cumprimis aetatis nostrae Scriptorum, humanitas et studium veritatis in Slavorum nomine ab injuriis vindicando extrivisse videntur id totum, quod tam gravis in Slavos peccati fuisse Herderus aſſe-
veravit.

§. 7.

*Illae serviles notae, quibus etiam Lingua
Litteralis Slavorum a quibusdam Scrip-
toribus compuncta est, ignorantiae ma-
gis, et defectui Historiae Slavorum Lit-
terariae, quam pravae voluntati tribui
possunt.*

Inter adversarios scriptores, qui Lin-
guae Slavicae indolem et usum impugnarunt
34) existimo Ludewigium esse praecipuum,
qui hanc et *servilibus notis* compunxit, et du-
ram

- 34) Non est hujus loci adversarios recensere Scrip-
tores, qui Slavicū sermonem calamo, ut alii
persecutores igne ac ferro impugnarunt; quum
alio aptiori loco mecum constituerim primi ge-
neris adversariorum Vol. III. Cap. XIII. notiti-
am dare. Sed istud heic adnotasse necessarium
puto, plerosque illorum non recte institutis co-
natibus ideo deliquisse, quod suorum non pate-
rentur laborum gradus fieri, ut aliquid ex iis,
quae Slavis pridem in usu fuerant, severa lectio-
ne investigarent; ut quod vellent contemnere,
diu conferrent cum aliis linguis, Grammaticae
non solum *Technicae* scientiam elementorum et
proprietatis tradentis, verum etiam *Philosophicae*
atque *Harmonicae* subsidiis suopte studio compa-
ratis instructi: his enim duabus postremis tam-
etsi careamus adhucdum nos Slavi; habemus
tamen *Lexicon symphonum*, quo *quatuor Lin-*
guarum Europae familiarium, *Graecae scilicet,*
Latinæ, *Germanicae*, ac *Sclavinicae* concordia

ram atque informem esse 35) asseveravit, ut ejus quacunque auctoritate, imo praejudicio eruditionis Slavicae inducti quidam Scriptores nostri auderent lectores ad Ludewigii opus remittere, quum sibi tam parum atque huic de monumentis Slavorum litterariis constaret. Quod ego non prava et distorta voluntate, sed ignorantia, et fiducia minus explorata factum ab eis fuisse puto; quia etiamnum Scriptores illustres, et Slavicae linguae non ignari, quibus magnitudo, celebritas, antiquitas et potentia gentis nota est, tamen, hanc veniam allophylis dari volunt, si quando hi, in tanto historiae litterariae Slavorum defectu, de dialectis eorundem loquentes veritatem non assequantur. Hunc ego studiorum neglectum satis mirari non possum, quum vel in Bohemia ante viginti annos, etiam ab illis

consonantiaque indicatur, per Sigismundum Geleniū quantum per ocium licuit, non oscitanter editum. Basileae Anno MDXXXVII. 4. Vide *Acta Litteraria Bohem. et Morav.* Cl. Viri *Adacti Voigt Cler. Regul. Scholl. Piarr.* Laudatum primae editionis exemplar servatur in Biblioth. Palat. Vindobonensi; aliud auctius possedit Cl. Georg. Schwandnerus. Philosophicae Grammaticae specimen dare apud nos incepit A. 1790. Amicus meus Jos. Dobrowsky. Vide hujus Diss, German. *Ueber den Ursprung und die Bildung der slawischen und insbesondere der böhmischen Sprache, praefixam Lexico — Franz Johann Tomsas Vollständiges Wörterbuch der böhmisch - deutsch- und lateinischen Sprache.* Prag, 1791. 8. maj. 35) Vide propria illius verba. N. 31,

illis eruditis viris, qui Slavicarum rerum notitiam ex proposito illustrare contendebant, de antiquae dialecti Slavorum indole non potuerim edoceri, donec lectis Cl. Afsemani Kalendaris Ecclesiae Universae, et juncta amicorum inquirentium in res litterarias Slavorum opera, omni conatu desideratae studiorum parti me addixisse. Scio meam ignorantiam; sed timoris etiam illius mihi conscientius sum; qui me, docente Plinio, in studiis magis quam fiducia decet, qua saepius fit, ut cruda adhuc studia in forum propellamus; sed postea edocti melius, et latius se aperiente materia doleamus nostris vestigiis quemquam institisse. Itaque nisi summa diligentia, commercio amicorum litterario solerti, et quadam in investigandis linguae Slavicae monumentis adhuedum sparsim latitantibus et minime collectis, fortuna atque possessorum benevolentia usi fuerimus, nunquam ad perfectioris notitiae Slavorum philologicae asequutionem eluctabimur. Demus itaque Ludewigii ignorantiae hanc veniam, qua nos et populares nostri minus digni fuerimus tam diuturno linguae majorum neglectu, et praeclaris antiquissimarum Teutonicae linguae dialectorum comparationibus et monumentis compluribus editis, minime ad similia studia excitati. Neglecti linguae Litteralis in Dalmatia studii Saeculo superiori, testis est Abbas Pastritius patria Spalatensis, qui ad Archiepiscopos Dalmatiae ita scripsit- 36) „Nostis optime, nem-

, nem

36) Apud Cl Joseph Sim. *Afsemanum*, *Kalendarr. Ecclesiae Universae* Tomo IV. pag. 416.

„nem else, qui eam loquendi rationem calleat
 „— Miror sane tot saeculis squaluisse nostras
 „regiones in praecipuo coronae nostræ
 „radio, nempe in Litterali Dialecto“. Sed,
 quid quaeso! vitii linguae infertur, ut haec
 servilibus notis compungatur, si quando vis
 ingenuos homines vel in servitutem redigat,
 vel studia impedit linguae jam a majoribus
 cultae: quum certum sit, ingenia hominum
 libera else, quorum praecipua communio
 ita linguae subsidio nititur, ut magis in no-
 stra potestate sit loqui, vel tacere, quam
 oblivisci. Sed Ludewigius *duram* vel asper-
 ram, *formaque* naturali destitutam esse afse-
 veravit Slavorum linguam, nullo specimine
 rationum producto, quibus veritas pateat;
 pro hac ego simplicius agam argumentis ab
 indole ipsius linguae Slavorum praecipue
 Litteralis, et ab illustrium Virorum aucto-
 ritate repetitis.

Ad *duritatem* sermonis quod attinet, is
 propterea universim durus non audiet, si
 quaedam nomina habuerit *ex pluribus et as-*
perrime coeuntibus inter se syllabis veluti con-
fragosa: nam rebus atrocibus verba etiam ipso
auditu aspera magis convenient; sed ille ser-
 mo durus omnino fuerit, qui justo vocalium
 numero destituitur, ut eaedem crebrius oc-
 currentes ad varietatem amoenioris soni vo-
 ces inclinare non valeant. Sed linguae Sla-
 vorum talis inest vocalium numerus et natu-
 ra, ut eas insidentis *jota* molliori sono im-
 buere valeant; quo fit, ut etiam praecedens
 littera consonans, siquidem hujus liquoris
 modulum patiatur, in mollem sonum tran-
 seat,

seat, vel mutetur in aliam huic euphoniae aptiorem consonantem. Magni Scaligeri de causis linguae Latinae Lib. I. Cap. IX. et XII. velim conferat lector, qui hanc soni gracilitatem cum Latinis et aliis quibusdam gentibus comparare voluerit. Sed Ludewigius praecipiti contemtu Slavorum linguam asperitatis redarguit; oportebat enim hunc nosse, num sive de sonis, sive de vocabulis illorum aliquid in Franco - Theotiscam dialectum ob gracilitatem soni, et aptiorem vocabulorum proprietatem intulerint majores Teutonicae gentis; quum omnino constet ex *Io. Georgii Eccardi Historia Studii Etymologici Linguae Germanicae*, exstare in lingua Germanica cultiori vocabula plurima, quae Slavis accepta ferenda sunt; et *Ericus Julius Biörner* asserat 37), non tantum Francicam linguam ad genium Graecae et Slavicae saepiuscule redactam; verum etiam in Franco - Theotisca veterum Scriptorum operibus custodita, prostare voces originis Graecae et Slavicae, in particularum, maxime *Praefixarum*, numero. Jam equidem illud commigrationis genus, ut ita dicam philologicum, passim animadverterunt etymologici linguae Germanicae Scriptores, ut vel unius Cl. *Adelungii Lexicon* identidem in testimonium citare sufficiat

37) Vide prioris auctoris editionem Hanover. 1711. 8. Cap. XXXV. posterioris vero, *Cogitationes Critico - Philologicas de Orthographia Linguae Svio - Gothicae* — Stockholmiae editas 1742. 4. pag. 13, 14.

ficiat; sed quo minus originatio atque concordia vocum adoptatarum intelligantur; vel augeatur earundem numerus, duae mihi videntur obstarre majores causae: altera, quod nullum adhuc *Schultensium* habemus, cuius opera subsidio sit *Clavis mutationis elementorum*, dum in concordiam consonantiamque quatuor linguarum Europae familiarium *Graecae* scilicet, *Latinae*, *Germanicae* et *Slavonicae* inquiritur: altera, quod antiquioris Slavorum linguae, nimirum litteralis, ad hanc praecipuam philologiae, et ethnographiae Europeae partem non adhibeantur monumenta, recentiorum linguae Slavicae dialectorum Lexicis unice propemodum usui servientibus; quum nec Litteralis dialecti Lexicon adeo perfectum sit, ut non complura in eo desiderentur Sacrr. Scriptt. vocabula, et praesentium aetas, non laudata Scriptoris auctoritate, ignoretur. Itaque melius inde jam a Sanctis Patribus nostris CYRILLO et METHODIO usque ad Saeculi XII. exitum servata fuit puritas et proprietas Slavorum linguae; illi enim duo velut frugi patresfamilias, quae sua aetate usum obtinebant apud Slawo-Serbos, gentem nostrae Bohemia-Slavicae proximiori gradu consanguinitatis junctam, voces et loquendi formulae; tanquam variorum cuiusdam i longioris anni temporum baccas, et fruges et vindemiam, in Versionem Slavonicam cum Sacrr. Scriptt. tum Ecclesiastico usui maxime necessariorum Codicum, quasi in quasdam cellas et horrea invexerunt. Nondum invidi et umbratici doctores ingenia discipulorum divi Procopii Ab-

ba-

batis 38) deleverant, dum Cyrilus ac Methodius, velut *Sophocles aut Euripides invenerunt*

38) Hunc optime de patria nostra meritum Abbatem Sazaviensem non tantum instituti monastici, verum etiam rei litterariae Slavorum Cyrillicae discipulos habuisse, Cap. VIII. hujus Voluminis pluribus historiae argumentis demonstrabo; heic ad rem nostram sufficiat pericopa prosae Missalis Prag. in Cod. membraneo eleganter scripto: *per manum Laurini de Clatovia. A. 1409.* inter Codd. MSS. Theolog. Biblioth. Palat. Vindobon. Nro. CCCXCVI. fol. 315.

Plaudant chori monachorum et letentur fratres quorum pater est Procopius — Noue legis nouus lator gentis natu zelator nouus doctor litteris.

Sed quibus malis artibus illa Christianae pietatis, et Slavonicae litteraturae schola Sazaviensis primum opprimi, et ingenia discipulorum post obitum S. Procopii sub *Vito* Abate deleri ab aemulis inceperint, veteribus rhythmis Bohemo-Slavicis in MSto. Codice membraneo formae 12. Amici mei Dobrowskii (Vide hujus *Geschichte der Böhm. Sprache und Litter.* pag. 91.) in hunc modum descriptum habemus opusculo a), quo vita S. Procopii continetur, et referuntur verba pessimi consilii Spitigene Duci data:

Ty gemu newiernye socziechu.
A takto knyezy mluwiechu.
Knyze gsut zde kacrys Nowiene.
Gmagit kafas pisno gyne.
Czyniet proroczstwie prziemnoho.
Knyze neprzepuszczey gim toho.

runt verba, quibus deberent loqui ecclesiastici Slavorum paedagogi: et, si licuit Ciceroni plura in Philosophicis duntaxat quaestioni- bus nova fingere verba, quam Hieronymus in Vulgata Versione Latina novae formatio- nis voces animadverterit exstitis; cur non licuerit sacratioris Philosophiae interpreti- bus, rationis et analogiae servatis finibus, identidem facere? nam Tullius Lib. III. de finibus scripsit: „etiam agricultura, quae ab- „horret ab omni politiori elegantia, tamen „eas res, in quibus versatur, nominibus no- „tavit novis, quo magis hoc Philosopho fa- „ciendum est. Ars est enim Philosophiae „vita, de qua disserens arripere verba de „foro non potest.“ Non potuerunt illi Sla- vorum Philosophi de horum foro idonea ar- ri-

Sluzyet slowenskym hlaholem.
Stogiecke przied bozym stolem.
Wiez ez faczierskyst syc obchodie.
Zet zde taku sluzbu plodie.
To igyne naftynezye wittofssye mluwiechii.
A nawsyje bratrzy gesto snym biechu.
Tak gye welmy opssowachu.
Az gie ottud ywyhnachu.

Ad haec si conferantur verba anonymi Saza- viensis sub finem scripta de monachis revocatis Sazawam, sed iterum cum Abbe Bozetecho ejectis: *et libri linguae eorum deleti omnino et disperditi, nequaquam ulterius in eodem loco recitabuntur;* nemo, ut arbitror, mihi superius dicta vitio dabit de invidis et umbraticis doctoribus, qui discipulorum S. Procopii ingenia malis artibus deleverunt.

ripere verba, quibus Graeca slavice eodem
sensu historico ecclesiastice redderentur: ita.
que novis illa nominibus notaverunt, ut bre-
viter Graecam etymologiam Slavicus lector
intelligeret. Sed qua imitationis disciplina
instructi, et quali moderatione ingenii hoc
praestiterint, ut certo auctorum exemplo de-
monstrem, adducam prius in exponendis
Sacrr. Scriptt. Doctoris maximi quasdam
huic instituto aptas observationes. In Epis-
tolae ad Galatas Cap. I. columna 231. ob-
servavit *Hieronymus*: „Verbum quoque ipsum
„*αποκλυψεως*, id est, *revelationis*, proprie-
„Scripturarum est; et a nullo sapientum sae-
„culi apud Graecos usurpatum. Unde mihi
„videntur quemadmodum in aliis verbis,
„quae de Hebraeo in Graecum Septuaginta
„Interpretes transtulerunt; ita et in hoc mag-
„nopere esse conatos, ut proprietatem pe-
„regrini sermonis exprimerent: nova novis
„rebus verba singentes —“ Et in Cap. VI.
Epist. ad Ephes. columna 401: „Sciamus
autem quod excepto praesenti loco nec in
„veteri, nec in novo Testamento, *κοσμοκρα-*
„*τορες*, id est, *mundi rectores*, umquam lege-
rimus: quod nomen idcirco Paulus Apo-
stolus finxit: quia necesse habebat ad Ephe-
sios disputans, rebus novis et invisibilibus,
„nova nomina coaptare.“ Porro quod atti-
net ad illam ingenii moderationem, qua Sep-
tuaginta Interpp. subinde Hebraicas voces
sine interpretatione posuerunt, breviter sin-
gulari epistola, Tom. II. editionis S. Mau-
rianae column. 705. et seq. Hieronymus qua-
renti Marcellae respondit; quo mihi etiam
illae voces pertinere videntur, quas laudati

In-

Interpp. Graeca tantum consuetudine declinarunt, non interpretato nomine Hebraico, ut est γειωρας et γηωρας, *peregrinus*, qui Hebraice נָא dicitur, aliaque hujus modi 39) complura. Itaque his inducti exemplis Versionis Slavicae SS. Scripturarum primi autores, nova novis rebus verba formarunt pro veteris antiquarum Versionum atque etiam Apostolicae consuetudinis ratione; aut Graeca sui archetypi non interpretata subinde solo Slavicarum formularum exitu declinabant; ut vel isto versionis genere prudens majorum simplicitas, et religiosae antiquitatis Ecclesiarum Latinae, Syriacae, Armenae, Copticaeque eadem interpretationis disciplina in Slavonica Versione resplendeat. Quam ob rem aliasque utilitates illius hermeneuticas cum antiquis Versionibus propriorum communes, ipsa etiam Slavicae gentis antiqua interpretatio Scripturarum digna videbatur, quam eruditii quique Viri 40)
an-

39) Diligenter hujus modi vocabula collegit *Jo. Christianus Biel*, et paßim inseruit suo *Novo Thesauro Philologico*, sive Lexico in LXX. et alios Interpp. Vet. Testam. Hagae Comitum 1779. — 80. 8. Partt. III.

40) Illustr. Equiti *Michaelis* premium Slavicae S. S. translationis ad criticae sacrae augmenta idoneum videbatur, ut hanc inter antiquas Versiones recensuerit Introductionis suae in Nov. Test. §. 88. Sed jam Cl. La Croze praestantiam laudatae Versionis cognovit et usum, ut potuerit ad Chr. Bened. Michaelis scribere: *Codicem autem Alexandrinum presse sequuntur Versiones Tom. I.*

antiquioribus adnumerarent Versionibus. Debet haec Slavicae Versionis ad subsidia studii Litterarum Sacrarum assumtio nobis esse majori incitamento ad cogitandum de mediis culturae dialecti Slavorum litteralis maxime necessariis, quae investigatione philologico-critica in antiquos Codices Slavo - Serbicos, minus corruptos, primum continentur, ut amicus meus Dobrowsky epistola XLIX. ad me data recte animadvertisit : „ Possem consi-
 „ gnare centena vocabula, quae a Russis sub-
 „ stituta sunt, ejectis aliis, quae certe a Ser-
 „ bis intellegentur melius, quam recens as-
 „ sumta. — Optarem igitur, ut saltem si pro
 „ usu communi meliora sectari non jam lice-
 „ ret, antiquissima MSta conferrentur, ut ex
 „ iis Textus slavicus ederetur in usum Philo-
 „ logorum eum in modum, quo Germani *Ul-*
„ filae, Otfredi Versionibus gloriantur et pro-
 „ ficiunt, quoties etymologica tractant. “ Sed
 haec alibi ad propositum pertinentibus locis
 magis exponentur; heic jam necesse est spe-
 cimina quaedam ex Versione Slavica profe-
 ram; quibus cum singulae tum junctae Slav-
 vorum voces ab *asperitate*, et *rudi forma* lo-
 quendi ita vindicentur, quantum Ludewigio
 interim responsum dedisse sufficiat, qui ru-
 ditatem nobis objectam in hoc maxime re-
 positam esse volebat, quod idoneam Slavicae
 Linguae convenientiam cum supra laudatis
 invenire non potuerit.

Uti-

Armeniae et Slavoniae. Vid. Tom. II. ejus
 Thesauri Epist. Lipsiae 1743. pag. 201. Mira
 veteris contemtus nostrae Versionis conversio in
 pretium!

Utinam frequentissimi usus in Lingua literali Slavorum verbi substantivi formulam: **ꙗ**, cum antiquiori hac Latinorum loquendi consuetudine: ESUM, conferre novisset Ludewigius! Varronis enim VIII, 57. certum est testimonium: *Sum quod nunc dicitur, dicebatur ESUM*; imo spectata Slavicae vocalis **ɛ**, *initio vocis* potestate, qua consonante jota, velut quodam spiritu leni affectus ille character per *je* (*jesm'*) constanter pronuntiatur, facile vestigium antiquioris convenientiae Ludewigio apparuisset cum Hebraeorum **וּ jesch**, quod usurpatur pro verbo substantivo utriusque generis et numeri, *est, sunt*; non obstante illa sibilantis litterae commutatione, qua nemo offenditur, qui noverit leges mutationis elementorum in linguis orientalibus. Illa vero postrema laudati Slavorum verbi littera **м** cum eadem Graecorum in verbo **ειμι** et Etruscorum **ιμ** collata, quantam congeriem antiquitatis philologicae 41) in Slavico verbo *jesm'* servatam indigitet, non video necessarium esse, ut id pluribus verbis demonstrem. Hoc tamen dignum observatione mihi videtur: Slavos veteres verbi substantivi **ꙗ** veterem materiam et significatum ex orientali quadam regione in Europam intulisse, formam autem opinor heic aptasse propria quadam consonantes litteras jungen-

D 2

di

41) Cl. Viri Lanzii opere: *Saggio di Lingua Etrusca* — in Roma 1789. 8. Tom. I. pag. 359. inductus sum in hanc antiquitatis philologicae observationem, quam in usum Slavonicum transtuli, aliisque deinceps utar.

di consuetudine. Nescio ad harmoniam linguarum Hebraicae, Graecae, Etruscae, Latinae et Slavonicae ullum antiquius ac praestantius verbum illo *jesm'*, quod nostris Doctoribus Cyrillo ac Methodio ita servatum debemus; ut Varroni ESUM Latini debent. Quod equidem ad praestantiam attinet, hanc ipsa verbi *substanti*v*i* appelliatio indigit, quin sit necesse in amplitudinem usus grammaticis observationibus multum inquirere. Porro ille consensus in eo Slavorum verbo cum laudatis gentibus, haud obscure testatur, màjores nostros ingenuorum et eruditorum populorum vel suopte ingenio similes, vel imitatores fuisse: quod et moribus eorum, et artis voces formandi et construendi sensu *philosophico* longe melius probatur, quam convenientia singulorum vocabulorum; maxime si Slavonica constructio conferatur cum Graeca et Latina methodo jungendi vocabula. Sed proferam tamen quoddam philosophiae Slavicae specimen in forma nominum derivatorum observatae, qua locus, vel res in loco contenta, vel spatium significantur. Primum quidem propter illius formae veritatem rei cum idea seu notione *loci* convenientem; deinde propter sonum — *ище*, *иſſte*, (*иſſte* — *ищѣ*) formae nominis congruentis attentione attributum; porro antiquitatis causa; ingentis numeri hujus formae nominum; facillimi significatus et promptioris atque parati usus, qui Interpretibus Slavicae Versionis Bibliorum maximo videtur fuisse subsidio, ut novis rebus nova vocabula veteri et maxime populari analogia fingerent. Quod equidem ad illa duo priora momenta

nominis attinet, licet *res*, *idea*, et *sonus* omnino diversa esse videantur; tamen facultatis cognoscitivae operationibus, praesertim *attentione*, *reflexione* atque *abstractione* invicem a nobis conjunguntur: collatis enim inter se pluribus locis, vel rebus in loco consistentibus, nihil magis omnibus commune est, quam certa spatii occupatio [vel] consistentia; nec enim Varro loci aliam notionem dedit IV, 2. quam hanc, *ubi quidquam consistit*; cuius vim Hebraeum nomen *loci* מָקוֹם a radice מָקַם, *stetit* — significantius praesefert, quam Latinorum *locus*, admodum incertae originis vocabulum. Ubi vero quidquam consistat, *quaerendo* invenimus: quiaero autem Slavis sonat ἥψ; nec satis scio, an aliquid sonantis quoque actionis in *quaerendo* ubi quidquam consistat, in voce ἥψ omnino animadvertisatur; vero tamen similius est, aliquid convenientiae sonorum interese inter sonum *strepitus*, qui excitatur a nobis celerrime locum quaerentibus, a Bohemis onomatopoetice vocabulo *ssust* expressum; atque inter laudatum verbum ἥψ = *issťu*. Sed etiam postremi formae nominis in -- ἥψ desinentis soni ε, puto me rationem aptius redditurum, si eum antiquoris cujuspam *particulae* monimentum else asseveravero simile istis adhucdum usu tritis *particulis*: ἥψε, *si*; ἥψε, adhuc; spectata enim enuntiatione Bohemo - Slavica *issťe* = ἥψε, adverbio loci haec similior videtur, ut in communi ea nominum forma, e. g. *Ohnissťe*, adverbium loci isto situ et sensu intelligatur: *ignis heic*, seu *locus ignis*. Nec immerito *Dobrowsky* de origine Ling. Slav. scribens §. 3. *Pronominibus et particulis antiquissima Slavorum*

rum linguae stamina omnino contineri asseveravit: quibus ego particulam $\text{и}ш\text{т}$ — vel $\text{и}ш\text{тк}$ extreme resolutam et adnumeratam, judicio meliori Slavophilorum subjicio; et, ne patientia lectoris in hac tenuitate abutatur, ad antiquitatem nominis transeo.

Iam Procopius Caesariensis Capite sexto de *Aedificiis Justiniani Imp.* laudatae formae seu terminationis in — $\text{и}ш\text{т}$, Graeca consuetudine in — $\eta\varsigma\varepsilon$ — *iste*, ut Cap. sequenti exponam, nomen castelli in adversa continente Danubii **ΣΜΟΡΝΗΣΤΕ** cum aliis nominibus Slavicae originationis ac formae, tum hoc, tum IV. VII. XI. Capp. Libri quarti memoriae prodidit. In sequioribus Byzantinis Scriptoribus ejusdem formae occurunt exempla; ingens vero hac ratione formatorum nominum ita servatus est numerus in omnibus Slavoniarum regionibus, ut commutata etiam sermonis consuetudine Slavica, tamen ista saxo perenniora linguae nostrae monumenta etiam hodie 42) aetatem ac usum popularem ferant; sed hoc unico enuntiationis

42) In Valachia frequentius occurrit nomen loci *Selischte* (*селище*), quod mihi aliis hujus formae nominibus locorum videtur esse antiquius, ob usum communem radicis antiquissimae, atque characteristicae Slavorum, ut infra ostendam. Nescio, an tot alibi, ut in Valachia inveniantur nomina locorum finita in — *eschti* formulam, quam ego, spectata originatione Slavica, eandem esse puto cum terminatione — $\text{и}ш\text{т}$; e. g. *Obileschti*, *Draganeschti*, *Brateschti*, *Strojeschti*, *Porutzeschti* &c. vid. *Mémoires Historiques et*

nis τε ψ discrimine, cuius potestas dialecto litterali atque Bohemica heic profertur ut ωτ; a Russis vero sono litterarum ψ enuntiatur, quod laudati monogrammatis in aliis Grammaticae formulis discrimen juxta varietatem dialectorum Vol. II, Cap. II. magis exponeatur. Si altum Praeneste, quod oppidi in Latio antiquissimum est nomen, suo exitu in — este spectetur, neque hac forma Slavi peregrinitatem aut barbariem adeo remotam a Latinis profitentur: et, neganti, castelli Σμορνης Slavicum nomen esse, opponam: ergo necesse est, forma Slavorum nominis in — ψ desinentis convenientiam quoque habet cum Graecis nominibus in — ης desinentibus. Quam facili et parato propemodum in slavice reddendo Sacro Codice usui haec forma nominum in — ψ finitorum nostris Interpretibus fuerit, ut novis rebus nova coaptarent nomina, facilia perceptione, significatu propria, consuetudine populari linguae Slavicae analoga, unum Bibliothecae nomen heic adducam, quo Slavis *locus custodiae librorum*, aptissima servandis ingeniorum monimentis formula: Книгохранилище significatur. Sed, ne eadem semper forma terminationisque sonus plurimis rebus adeo communi notione conjunctus aurium offendiculo recurrat, habent Slavi alio litterarum complexu formatum nominis exitum in — ица, quo etiam idea loci comprehenditur, vel rei in loco consistentis, ita laudatum *bibliothecae Sla-*

Geographiques sur la Valachie — par Monsieur de (Bawr) a Francfort et Leipsic 1778. 8.

Slavicum nomen *Esther* II, 23, editionis *Ostrog.* varietate soni dicitur книго χρανителница; II. Mach. II, 13. книго положница; sed casibus in contextu obliquis; quibus in vocibus nemo non videt Graecum ingenium populari analogia redditum, nominum: βιβλιο-
δικη βιβλιοφυλακιον; sed vel hujus vocabuli unius dupli varietate Slavonica, ut facile intelligatur nostram dialectum eo minus deformem esse, quo pluribus formis rerum notiones declarare valet. Graecorum quorundam verborum difficillimam esse in latinam linguam mutationem A. Gellius XI, 16. observavit: in simili negotio interpretationis, num Latinus Interpres, an Slavus magis haeserit, ut perfectissime uno verbo Graecum quodque vocabulum redderet, Criticorum judicio exemplum proponam I. Machabb, VI, 51. ubi contextus originarii vocabula: βελοσατεις — πυροβολα και λιθοβολα — Latinus Interp. reddidit: *balistas* — *ignis jacula*, et tormenta ad lapides jactandos; Slavus Interp. singulis singula vocabula exposuit: στρέκλοστολετηνιцы — ὀγνεμέτηνици, и каменомётчицы. Nec res vera, nec notio, neque analogia hisce vocibus desunt; sed inest etiam perspicuitas cum facilitate intelligendi priva Graecorum vocabula. Quum itaque Ubertus Folieta 43) eum sermonem perfectius finem assequi suum censeat, qui omnes animi notiones melius, clarius, distinctius, copiosius, magis proprie et elegantiuss

43) *De Linguae Latinae Usu et Praestantia Libri tres.* Romae apud Josephum de Angelis. M. DLXXIII. 8. maj. L. III. pag. 146. 149.

tius declarat, eamque habet verborum et loquendi formarum copiam et varietatem, quae ad hoc faciendum apta imprimis sit, vique propria verborum valeat: Slavorum lingua, maxime dialectus litteralis eo minus ab hoc perfectionis fine remota censeri debet, quo magis sua indole grammatica ex ipsa sonorum varietate usque ad elegantem numerum constructionis vocum, earumque tonum apta est naturam imitari, et proprius ad Graeci sermonis praestantiam accedit, cuius et copiam verborum, et vim, ac decorem sententiae propria translatione adoptavit. Nec enim solam utriusque Testamenti versionem, Ecclesiasticos Graeci et Latini ritus Codices, praestantissimorum Ecclesiae Patrum Graecorum opera; verum etiam Graecae amoenioris litteraturae auctores classicos ex ipsis fontibus redditos habet; horum, ut vel unicum in testimonium citem, *Aristophanis Comoidias Scenae Atticae principis Slavonice redditas inter alia MSta Bibliothecae Coislinianae San-Germanensis Slavica numero virginati novem, Montfauconius servari asseveravit.* Utinam vel unicam *Nubium* fabulam legere mihi concederetur! ad cognoscendum: quo sensu et dicendi peritia venustissimi mentem Comici Slavus Interpres genti nostrae suggesserit; dederitque specimina, num Slavicae orationi suavis et modestus quidam flos inesse possit; quem quia decerpere non valeo ex *Aristophanis Versione Slavica*, ex Bohemico Saec. XIV. MSto 44) proferam, et cum illa

44) Notitiam hujus Msti vid. Geschichte der Böh.

illa voce: *Μονωτάτος*, in *Pluto* vers. 182. comparabo, quam editor *Aristophanis* ita illustravit: „Etsi *situs* non potest esse magis vel minus talis; tamen quia attributa quaedam possunt alicui *soli* magis vel minus convenire, Graeci hunc superlativum formarunt.“ Plane vi eadem sed modo dispari Bohemus Poeta certissima fide instructus, nullum ens omnino esse summa dilectione dignius *unico* Matris et Virginis Mariae *Filio*, quo haec sola sua posset gaudere gaudia: *unici* diminutivum nomen, *unico* subjunctum, cum praecedente *praedilecti* filioli attributo tam suaviter conjunxit, ut ego suavitatem hanc sentire magis quam eloqui valeam:

— *N̄oy przezmilely synaczku*
A gedyny iedynaczku —

Negat equidem Ludewigius pag. 1629. aliquem Imperatorum, qui Rex Bohemiae fuerit, unquam Imperii Electoribus in condicenda Slavorum lingua exemplum dedisse; sed ista negatio adeo remota est a veritate, ut certis omnino speciminibus constet, plures *Austriacos Bohemiae Reges* non tantum idioma nostrum non ignorasse, verum etiam *Levacovichius Archiepiscopus Achridae* literalem dialectum *Glagoliticam Augg. Ferdinandorum munificentia servatam* fulse publica *Breviarii Slavo-Latini ritus inscriptione* testetur in perpetuam grati Slavorum animi memoriam. Sed alio hujus Bibliothecae loco de stu-

misch. Sprache von I. Dobrowsky. Prag. 1792.
 pag. 91.

studiis, et in rem litterariam Slavorum
 meritis *Archiducum Austriae* agendi occasio magis
 opportuna erit, ubi de apparatu librario,
 et ab interitu vindicatis compluribus antiquioris
 Bohemicae, tum communis linguae Slavorum
 agetur monumentis. Illud tamen *Ferdinandi I. Aug. Imp.* dignum *Rege Bohemiae*
 signum heic memoria repetam, qui ut linguam Bohemicam sibi curae futuram, sive
 quo pretio Bohemi patrium sermonem habere debeant, palam ostenderet, cum Senatus
 Pragensis Latina oratione illum salutasset,
Seldium Vicecancellarium bohemice responde-
 re jussit. Quam bene *Imperator Rudolphus II.*
Rex noster de philologia Bohemica meritus
 fuerit, ex Matthaei Benesovini constat epistola nuncupatoria Grammaticae Bohemicae
 45) praefixa, ubi Matthaeus ad Imperatorem
 ita scripsit: „— Tantum est super qualibet
 „ re inchoanda negocium. Itaque toties con-
 „ tigit exemplar describere, ut frequenti ejus
 „ descriptione fatigatus, rem propositam omit-
 „ tere decreverim: et profecto fecisse, ni
 „ animum *Vestra Majestas* revocasset meum:
 „ Quae, cum feliciter hoc in Regno in Patris
 „ solium Deo omnia promovente erecta sit,
 „ regnetque jam, innumerum populum regen-
 „ dum sumpsit: atque inde necesse habet, ut,
 „ quantum fieri potest, ejus linguae cognitio-
 „ nem habeat. — — Unde quia gens Illyri-
 „ ca,

45) Hujus Grammaticae Pragae A. 1577. 8. editae
 jam omnino rara sunt exempla, quorum unum
 exstat in Biblioth. Palat. Vindobon. recensitum
 a Dobrowsky operis mox laudati pag. 174.

„ca, unde nos originem trahimus, et eandem
 „linguam habemus, late per orbem diffusa
 „est, in qua nostra lingua tanquam flos per
 „specialem elegantiam pulcherrimus est:
 „quam nostrae gentes omnes aequissimis au-
 „ribus audiunt, auditaque delectantur, non
 „est dubium, quin aliquando possit, aut ipsa-
 „met *Vestra Majestas*, aut ejusdem fratres
 „dulcissimi per favorem earum gentium in
 „ipsis, et per ipsas in aliis late longeque
 „regnare.“ Augmenti litteraturae Bohemo-
 Slavicae sub laudato *Rege Rudolphi* tam il-
 lustre habemus testimonium, ut Scriptores,
 qui illius regiminis tempore ab Anno MD.
 LXXVII, usque ad MDCXII. floruerunt,
 aetati aureae accensiti pro classicis auctori-
 bus etiamnum habeantur. 46) Iam necesse est,
 ut ostendam: non esse adeo magni ponderis
 Ludewigii argumentum contra Slavonicae
 linguae utilitatem ductum ex posteriori ejus-
 dem in re diplomataria usu: primum enim
 decebat Ludewigium pensi habere, in quem
 modum etiam in antiquioribus Latinis diplo-
 matibus *Ducum et Regum nostrorum* occur-
 rant saepius vocabula Slavica, quorum po-
 testas ad cognitionem juris patrii, consuetu-
 dinum et privilegiorum ita pertinet, ut reli-
 quis latinitatis contextus raro sententiam ad-
 juvet, si vis illorum ignoretur. Hujus rei cau-
 sa in testimonium cito diploma, quo *Wen-
 ceslaus Boh. Rex IV* libertates Monasterii
 Brzownowiensis ab antecessoribus suis con-
 cessas confirmat et instaurat 47), ubi Sla-

vi-

46) Vid. Dobrowsky citatam pag. 174.

47) Diploma hoc Wenceslai hujus nominis I. Bohe-

viciae occurrunt voces: *Narok, Zwod, Narz, Nozlech, Hlawa, Rannik, Wizzelez, Wrez, Prezeca, Pogezda, Pzarowe, Tenetne, Ozzada.* Iam istis vocabulorum monimentis facile intelligitur, linguam nostram *publicam* eo sensu fuisse, quod in legibus praecipue consuetudinariis, partim in judiciis habendis, in comitiis; imo in obeundis quoque sacris partim adhiberetur 48), ut hujus postremi usus

miae Regis nunc communiter dicti datum die 14. Iulii A. 1234. vid. pag. 258. Epit. Hist. Monast. Brzewnow: O. S. B. auctore Magnoaldo Ziegelbauer. Coloniae 1740. f. Sed Bohemicorum vocabulorum pericopae, in antiquis diplomatis Latinis servatae, quam egregio usui forent, si diligentius colligerentur; et quantum ad nostrae linguae Glossarium diu desideratum illa collectio praeberet apparatus, jam de ista studii parte antiquaria bene meritus *Dobrowsky* obseruavit suae Hist. Ling. Bohem. pag. 63. atque etiam collecta e Saec. XI. et XII. specimina dedit.

48) Quod heic de usu publico Slavicae linguae in Bohemia dixi occasione antiquorum vocabulorum, causa illius cognitionis inter Slavicam literalem et Bohemicam intercedentis intellectum velim, quae mihi semper vel propinguior vel eadem videtur, quo altior est aetas laudatorum vocabulorum, et quo facilius consensus utriusque dialecti ex vicinia sedium utriusque stirpis, antiquorum *Serborum* et Bohemorum, percipitur; quorum illi secessione facta in hodiernum *Serviae Regnum*, veteris linguae, etiam IX. saeculo tenaciores, proprii alphabeti consecutione, ac

usus publici distinctam et melius expositam infra Cap. VIII. dabo rationem. Si quid igitur linguae Slavicae, quod ad Bohemicam dialectum attinet, utilitati decedit illo posteriore usu in rebus diplomaticis; id temporis comparatione nostrae dialecti cum lingua Germanica, quo haec circiter quinquaginta duntaxat annis prius diplomatica esse consuevit, parum omnino esse videtur, praesertim, quum in aliis Slavoniarum regionibus longe priori tempore, et *publicam* et *diplomaticam* fuisse Slavorum linguam, certis constet monumentis suo loco a me proferendis.

Tandem superest, ut Ludewigio nonnullos opponam Germaniae Viros celebres ac eruditos, qui linguae Slavonicae cum primis dialecti litteralis pretium ac utilitatem judicio et ratione celebrarunt. Cl. Eccardus ea parte, qua rebus Germaniae illustrandis Slavorum lingua utilis ei videbatur, pretium illius expendens non dubitavit scribere: „Verum alia praeterea nobis Germanis est ratio, ob quam ejusdem notitiam magnificare omnes debemus. Non enim solum nostro aevo adhuc durat usus hujus linguae in Istria, Carniola, Carinthia, Bohemia, Moraviaque et Lusatia, nec non in Silesiae partibus, extremis Luneburgici Ducatus Praefecturis Luchoviensi et Dannebergensi; sed olim quoque per Stiriam, Silesiam, omnem, Misniam, Terram Advocatorum, Mar-

usu sacrorum *constantii*, proprietatem custodire melius potuerunt.

„Marchiam universam, Ducatum Mecklenburgicum et Lauenburgicum, Pomeraniam et Prussiam Slavonici generis populi incoluerunt, locisque hucusque superantibus nomina dederunt, quorum significationem, nisi linguae peritus fuerit, exponere potest nemo.“ 49) Eandem cum Eccardo Slavonicae linguae utilitatem agnoverunt alii plures Germaniae Celeberrimi Scriptores; imo etiam bonas hujus linguae studio horas ita impenderunt, ut eos istius operae nunquam poenituerit, sed alii quidam doluerint occasionem laudati sermonis condiscendi unquam neglexisse, quemadmodum Illustriſſ. Eques Michaelis ingenue profitetur in sua in Nov. Testam. Introductione. Si peculiares eruditorum Germaniae Virorum dissertationes commeatu quodam rei litterariae ac Scientiarum collectae spectentur, nescio, an sit quaedam celebrior a cultu bonarum litterarum civitas, quae nostris temporibus de Slavicis rebus, lingua praesertim, non fuisset bene merita: quod studiorum genus quum singulari Capite XV. Vol. III. recensere metum constituerim, tamen ad praesentis §. institutum pertinet philologica observatio, quam No. IV. 50) ediderunt Clariss. Viri Georg. Chr. Lichtenberg et Georg. Forster

49) Historiae studii etymologici Ling. German. Cap. XXXV.

50) *Göttingisches Magazin der Wissenschaften und Litteratur. Zweyten Jahrgangs fünftes Stück. Göttingen 1782. 8. pag. 253 — 265. Etwas über die polnische Sprache.*

ster suum linguae Slavicae pretium tribuentes, quibus parum culta Slavonicarum dialectorum notitia, inter alias quoque causas una est, cur antiquioris historiae Slavorum, et cognatarum gentium illustratio adhucdum impedita fuerit; quamquam et populorum et dialectorum Slavicarum Historia digna sit observationibus Germaniae Historicorum et Philologorum.

Sed malunt omnes ingenui Slavorum populares tranquillo ferre animo contemtum linguae communis defectu rei litterariae ab ignaris hominibus conceptum; quam ab allophylo quopiam auctore non bonis observationibus in communem Slavorum linguam factis, immensa gentis multitudine in ruinam extolli, attributis universae nationi pessimis morum characteribus contra fidem et veterum auctorum, et a recentioribus agnitam veritatem, quam egregius humanitatis contemplator Herderus oculis spectandam ingenue reddidit. Profecto naturale videtur esse propiori hominum societati unius linguae vinculum; igitur et studium, quo illa conjunctio justis finibus, et salvo humanitatis jure promovetur. Tam vero alienum est a fide historica Christianis institutionibus suscipiendis Slavorum linguam obfuisse, ut propterea merito in quibusdam Slavoniarum regionibus antiquaretur; quam certum est, tum vel maxime in majoribus earundem partibus vehiculum factam fuisse rei Christianae, dum propriis characteribus aptior cultui philologico redditia cederet in Graecae ac Latinae Ecclesiae ornamentum, ut illam non potuerit usque

usque in praesentem diem invidia superare. Sed prudens simplicitas heic necessaria est contra latentes insidias; quae enim causa rem Christianam magis impediverit in Slavonia *inferiori*, Helmoldus auctor idoneus abunde testatur. Sed nec ab antiquissimis Scriptoribus unquam memoriae proditum est, originarios Slavorum majores communionem linguae in perniciem cuiusvis florentioris hominum societatis instituisse; potius in tutelam humanitatis. Itaque tanto facilius etiam Ludewigio Slavorum linguam contemnenti veniam dabimus, quanto magis hanc nostrae societatis vinculum exigit, et minus est in contemtu periculum; tanto diligentius autem servando et ornando propriori societatis humanae vinculo curam impendemus, quanto melius nobis consciit sumus: humanitatis et religionis Christianae traditioni servanda, et ornamento rei litterariae idoneam esse communem Slavonicam dialectum; et quanto magis gratiam debemus, primum religioni Christianae, quia nullos habemus linguae nostrae libros antiquiores Codicibus Divinis et Ecclesiasticis; porro Regibus, maxime CAROLO IV. IMPERATORI, cuius auxilio dialectus Bohemica rei litterariae incrementa et auctoritatem ex antiquiori majorum sermone passim accepit, vel majori parte servavit, ut infra Cap. VIII. exponam.

Ceterum in Slavorum nomen commune, originariae pronuntiationi et ingenuitati restitutum, abusu veteris orthographiae *Sclavorum* maxime inductas fuisse serviles notas dixi modestiae causa; primum: quia Grae-

corum et Latinorum ingenio haec scriptio etiam apud Slavos latine scribentes usum obtinuit, ut supra retuli; nec is ego sim, qui valeam illum scribendi modum eatenus impugnare, quatenus dictarum gentium linguae consuetudini coaptatus pro recta scriptione habebatur: deinde, quod et illo scribendi genere a litteris *SL*— inchoato Angli, Dani, Sveci et Saxones antiquae inferioris Slaviae abutantur mancipium dicturi. Illa tamen a Graecis et Latinis inducta *Sclavorum* nominis descriptio, quia originationem inserto charactere *C*, impeditam reddit, abusum nominis ad mancipia significanda translatum tanto magis firmare videtur, quanto minus Slavorum dialecto aliquid significat, ut non immerito populares nostri prioris vocabuli abusum ad ignominiam gentis, imo humanitatis fictum detestentur. Porro *Slowen*, rectus nominis numeri singularis casus, deductae ex appellativo nomine adjectivo *absoluto* sive *apocopato* notationis formula est: quia *gentilis* nominis formam *Slowenin* vel *Slowjan* natura praecedere videtur; propria enim nomina prius appellativa fuerunt; quamquam antiquissimis illis temporibus primum memoriae proditi Slavorum nominis, laudatam *gentilium* formam nominum in — *иинъ* finitorum apud majores nostros usu receptam fuisse putem: quum *Drewljane* scriptori, etiam Dalemilo nostro longe antiquiori, dicantur *Δερβλενινοι*, (*Δρεβλενινοι*) unde sublata terminatione pluralis numeri, manet singularis rectus Slavorum casus *Древленинъ*, seu *Δρεβλαнинъ*. Plura, quae ad originationem

nem Slavorum nominis pertinent, amicus meus 51) disquisitione singulari exposuit.

C A P U T II.

Specimen antiquissimorum linguae Slavicae vocabulorum ex prima hujus nominis memoria usque ad finem saeculi XI. e Graecis et Latinis scriptoribus collectorum.

§. 1.

Causae collectorum in hoc specimine vocabulorum.

Ut voces ex prima Slavorum nominis memoria a Graecis et Latinis scriptoribus ita posteritati traditas, ut hae speciem linguae Slavonicae idoneis rationibus innixam praeserunt, quodam specimine colligerem,

E 2 plu-

51) *Historisch - kritische Untersuchung, woher die Slaven ihren Namen erhalten haben.* Vol. 6. Privatae Soc. Boh. pag. 268 — 298. §. XIX. Observationi philologicae, qua composita personarum nomina in — *slaw* desinentia, ut *Swatoslaw*, *Miroslaw*, cet. cum istis Graecorum Ἰερωνύμος, αγωνύμος comparantur, eo magis adhaereo, quo melius graeca terminatio — ωνυμος exprimit exitum — *slaw* ista constanti atque populari orthographia descriptum.

pluribus equidem causis inductus fui; haec tamen utiles cum primis et necessariae mihi videbantur: I. antiquissima popularis, ut ita dicam, Slavorum philosophiae vestigia, vel mores ingenii; II. symbolae ad historiam humanitatis et religionis; III. medii aevi geographiae illustratio; IV. morum, et artium Slavis cognitarum indicia. I. Quod ad philosophiam popularem attinet, quia *bivium nobis ad culturam dedit natura experientiam et imitationem*, nescio, cur Slavos in primis conditae nationis sedibus, omni subsidio ad cultum et illustrationem intellectus pertinente ideo destitutos fuisse valeat quisquam asseverare; quod Graeci et Latini ad illos non adventarent; ipsi vero Slavi non nisi sensibus ducerentur corporis, eique solum indulgere studerent simplicioribus mediis ad vitam tolerandam necessariis contenti. A assertio ista, quam sit cum philosophiae, tum historiae rationibus destituta, facile intelligitur: primum quidem, quod homines rebus ad tolerandam vitam simplicioribus contenti, remotiores sint a voluptate, *quae consilium impedit, rationi est inimica, et, si major sit atque longior, omne animi lumen extinguit.* Sed voluptatibus perfluere Slavorum majoribus ignotum erat, contra vero dura et ardua pati amabant; itaque minus impediebantur aliquid mente agitare, aliquid cogitatione ac experientia consequi, quin fuerit Graecorum et Latinorum ad eos accessus tanto pere necessarius; nisi quis, habitu animi suas tantum opiniones admirante, omnium reliquarum gentium cogitandi et loquendi modum contemnere velit; quum satis constet, illud

illud cum primis necessarium ad culturam eruditio-
nis subsidium, quod arte scribendi, seu
characteribus continetur, Graecos ab alia
gente mutuo accepisse. An vero Slavi vete-
res omni penitus genere scribendi prius ca-
ruerint, quam a Graecis hominibus Saeculo
IX. illud culturae Slavici sermonis philoso-
phice coaptatum ac illustre *Alphabetum Cy-
rillicum* consequerentur, infra Cap. VI. ex-
ponam; heic solum in quaestione est, num
adeo sensibus tantum immersi, mentis agita-
tione penitus neglecta quemcunque animi
cultum ignoraverint, ut nullius apud eos Lo-
gicae ac Metaphysicae vestigia inveniri pos-
sint. Sed, vel in illis Slavorum vocabulis,
quorum equidem usus vel apud universam
gentem adhucdum viget, vel hunc olim vi-
guisse, certis constat monumentis, ubi nunc
pro antiquioribus recentiora leguntur, in il-
lis inquam vocabulis, communionis antiquis-
simae secessionem atque migrationes praec-
cedentis, videor mihi specimina videre pro-
pria *sensationis*, *imaginationis*, *intellectionis*,
memoriae, *attentionis*, *reflexionis*, *abstractionis*,
idearum formationis, *judicii* et *ratiocinationis*,
quae majores nostri consensu et auctoritate
in illis antiquissimis nominibus, velut in
quibusdam naufragii tabulis suopte inge-
nio adumbrarunt; imo personas quoque rationis
usu praestantes nominibus ab exercitatione
mentis repetitis insigniverunt. Nomi-
na, velim, *mentis animique*, *rationis*, *intellec-*
tus, *judicii*, *sapientiae pensi* habeantur, quo-
rum idem et constans usus est apud Slavos
jam pridem regionibus dissitis, vitae diver-
sis consuetudinibus, atque variis institutioni-
bus

bus rei divinae ac publicae sejunctos, sed unitos et sono et sensu horum nominum: *μύεις*, *οὐμά*, *ράζμά*, *τόπος*, *μάρτυς* — Primum illud praecipuumque nomen, quam ipsius facultatis cognoscitivae operationum vim et rationem praeseferre videatur, expositurus, adferam prius ex *Cicerone* 1) exemplum, quo melius percipiatur, quid maxime *moribus ingenii*, sive *populari philosophia* Slavorum, et quo sensu intelligam. Itaque dum *Cicero conviviorum* delectationem coetu amicorum et sermonibus magis quam voluptatibus corporis metiretur, ita hujus nominis philosophiam asseruit: „bene enim majores „nostri accubitionem epularem amicorum, „quia vitae conjunctionem haberet, convivium „nominarunt, melius quam *Graeci*, qui hoc „idem tum compotationem, tum concoenationem vocant: ut, quod in eo genere minimum est, id maxime probare videantur.“ Et alio loco ejusdem dialogi occasioonis ab obcaecatione, id est occultatione seminis superinducta terra translatam significationem exponens, dixit: „terra — quae cum gremio mollito ac subacto semen sparsum exceptit, primum id occaecatum cohibet; ex quo occasio, quae hoc efficit, nominata est.“ Aliud praeter ea exemplum illustre adducam e *Seneca* 2), quo in rebus nomine quodam idoneo signandis, et instituendo de *philosophia populari* judicio in hunc

1) De *Senectute* Edit. Ernest. Vol. IV. P. II. pag. 958.

2) L. I. de *Tranquillitate* Cap. II.

hunc modum erudimur: „ Quod desideras
 „ autem magnum et summum est, deoque
 „ vicinum, non concuti. Hanc stabilem ani-
 „ mi sedem, Graeci ἐνθυμιαν vocant; de qua
 „ Democriti volumen egregium est: ego tran-
 „ quillitatem voco; nec enim imitari et trans-
 „ ferre verba ad illorum formam necesse est.
 „ Res ipsa, de qua agitur, aliquo signanda
 „ nomine est, quod appellationis graecae
 „ vim debet habere, non faciem. Ergo quae-
 „ rimus, quomodo animus semper aequalis,
 „ secundoque cursu eat, propitiusque sibi sit,
 „ et sua laetus aspiciat, et hoc gaudium non
 „ interrumpat, sed placido statu maneat, nec
 „ attollens se unquam, nec deprimens. Id
 „ tranquillitas erit. “ Illa Graecorum et Latinorum
 ingenii varietate in signandis convivis
 et tranquillitatis nominibus observata, dum
 quaero, quam vim et quam faciem Slavonica
 mentis appellatio habeat, jam ipsa derivatarum
 vocum collatio cum primitivo nomine
 мъсль, talem vim nominis represe-
 nat, qualem inesse vocabulo *mentis* intelligimus:
id nimirum, *quod in unoquoque nostrum cogitat.* Sed facie quadam, ut ita dicam, notiori, quam sit nominis latini, *mentis* nempe, ac verbi *cogito*, in materia signorum similitudo: hac enim ratione Slavicum nomen *mysl*, et verba: *mysliti*, *zamysliti*, *premysliti*, cognatam faciem magis praeseferunt, ut ex operationibus facultatis indoles, et ex facultate operationes facilius intelligentur. Scio equidem in supra laudato exemplo Senecam *faciei* nomen ad illum formae significatum transtulisse, quo intelligitur eadem ingenii ratio imitatione vel translatione vocis ex una dia-

dialecto in aliam traducta; maxime dum verbum ex verbo redditur, exempli causa: si εὐθυμία slavice dicatur ελαγοθμίε, graecam faciem habebit translatio; quodsi οὐποκόεντε, Utissenj, interpreteris, latini forma ingenii ex tranquillitate sumta apparebit 3); sed quia in hoc genere loquendi de philosophia Slavorum linguae, mallem lectori ostendere magis quam dicere animi sensum, *facie grammatica* vocum structuram, eorundem ingenii moribus per singulas etymologiae partes coaptatam, deinceps intelligam; *forma* vero *philosophica* complectar omne id, quod in sensu vocum pertinet ad vim significandi, et notionum cum vocibus conjunctionem ex conventione et usu Slavorum habet. In hoc idearum et signorum nexu tota cuiusvis linguae philosophia involuta est: sed quam difficulter origines et progressus notionum deteguntur, quibus gens aliqua res primum sibi representatas vocibus primitivis signavit ! quae-

- 3) In Missali Slavo-Latini ritus Venetiis A. 1528.
 4. litteris Glagoliticis edito, feria VI. in Parasceve, verba, quibus Ecclesia Deum pro *vita tranquilla* deprecatur, ita redditia sunt: *tichi ipokoini z'iwot* (тјхъ ў поѣгнъ з'иѡт). Confer. I. Timoth. II, 2. ubi moderni Codd. Slavo-Ruthenici verborum: ηρεμον και ησυχιον βιον, versionem continent: **тихое и крѣмоловное житіе**; heic sane facies Graeci vocabuli a *silentio* ducta magis appetet. Ita quoque Prov. XI, 12. aliisque locis, quibus ησυχιαν αγειν Graecis est *tranquille vivere*. Vid. Nov. Thesaur. Philol. J. Chr. Biel.

quæeramus tamen: quibus initiis, et quo progressu idearum factum est, ut nostri majores *id, quod in unoquoque nostrum cogitat*, мысль appellaverint? Iisdem, ut ego quidem arbitror, initiis, quibus *id*, quod unusquisque nostrum cogitavit, cum altero communicans veterum auctoritate слово *verbum* appellat: utriusque enim vocis antiquissimam, simplicem, et characteristicam Slavorum radicem SL, verbo SLI (слю) mitto 4) comprehen-

- 4) Simplex illud verbum SLI *mitto*, cum in Slav. Ling. Litteral. tum in nostra dialecti lexicis velut obsoletum desideratur, ejusque loco посылаю, посылам, etiam in exemplis Vers. SS. in usum Ecclesiarum editis substitutum legitur. Sed antiquiores nostri Codices hoc simplex verbum SLI, SLATI, *mitto*, *mittere* loco illius compositi habent. Ita in antiquissimo, inter cognita, *Evangelario Bohemico* Biblioth. Palat. Vindobon. MSto form. 4. chartac. Nro. 3130. penso 111. Matth. X., 16. exstat: *Лз я въ сѣ яко овѣзе.* Ecce ego vos *mitto sicut oves* — Editio Missalis Romani Slavonico idiomate litteris Glagoliticis Romae 1631. 4. maj. typis S. C. de P. F. adorna-ta, habet adhuc veterem lectionem verbi simpli-cis; sed littera Г, mutata in ІІ, quam eodem scribendi modo, sed characteribus Cyrillicis heic adduco: ГЕ, АЗ *шалю въ яко овѣзе* — Sed Ostrogensis editio A. 1581. f. laudato loco Maith. habet: ГЕ АЗ *посылаю въ яко овѣза* — Missale Roman. Slavon. cura Archiepiscopi Caramani Romae 1741. 4. maj. editum loco supra laudatae lectionis ejusdem Miss. Romani die 30. Iunii Commemorat. S. Pauli Ap. Ostrogensem habet

hensam, initium dedisse notioni originariae puto; primum, quod verbi **SLI** significatus, *mitto*, procul dubio antiquior sit alia omni significatione translata verbi derivati (*slugi*), *slowu*, *appellor*, *nominor*: porro, quia

lectionem. Infinitivo hujus verbi modo usus est Dalemilus Cap. CII. pag. 329. edit. Prochazk.

A panny počaly gím za dar chraſtūw ſlati.

Iam quod attinet ad orthographiam verbi **SLI** — **слю**; observandum est: Bohemica dialecto literali verba in prima singularis numeri persona praes. temporis M. Ind. desinentia in *i*, hunc exitum ex *ю*, Slavonicae terminationis forma deductum habere, maxime si ex terminatione *pura* primae conjugationis Slavorum ad Bohemos transiverunt: e. g. **кiiю**, *bigi*; **у́рктую**, *obětugi*; **сéю**, *segí*; tunc enim illa diphthongus *propria* *ю*, insidentis *j*, enunciatur sono, ut Bohemorum *gi* valeat idem, quod Latinorum *ji* valet in verbo *conjicit*. Sed post litteram **L**, in *i* mollem vocalem laudatae terminationis *ю* *impurae*, verba transeunt identidem, sicut *dativi* et *vocativi* singularis numeri quartae declinationis casuum terminatio *ю* bohemice per *i* scribitur et enuntiatur; ut **мéлю**, *meli*- **пáстырю**, *pastýři*; — Sed plura de hujusmodi varietate inter Ling. Litter. Slav. et Bohem. dialectum intercedente adferam Vol. II. Cap. VII. heic sufficiat adnotasse: *i* pro *iu* — *ю* apud nos recentius esse Saec. XIII. nam hujus aevi monumenta habent *iu* vel *yu* pro *i*, vel *y*, sequiorum Codd. Confer. Dobrowsky *Gesch. der B. Spr.* pag. 74. et infra I. *Fragmēti*, *Passionalis* rhythmici verbum *prawiu*, et pronomen *yu* (*ю*).

quia nomen *mysl* compositum mihi videtur esse ex *my* et *sl*, ut notione Slavica idem sit, ac *meus nuntius*; ex pronomine *mý*, obsoleto, pro *móy*, et *sl* aut *sel* adhuc in composite posel, *nocelez nuntius* usitato nomine. Cui haec Slavonica notionum initia ad signanda *mentis* identidem ac *verbi* nomina non ita cohaerere videntur, ut ego eorum philosophiam primis lineis describere conatus sum, is, quaeso! meminerit, quomodo *cogitationis mentisque* perspicuitas ex ipsa *verbi* perspicuitate pendeat, et vice versa: deinde *mentis* nomine Graeco φην ad suum thema, φερω, reducto, mentem reflectat ad diffusum *verbi mitto* auxiliarem usum in veteri quadam lingua, Hebraeorum exempli causa; ubi loquendi formulae: *mittere verbum, vocem, manum, lucem, sagittas*, cetera — servient observationi causarum, quibus nostri majores similiter induci potuerint, ut mentem appellarent a radice laudati verbi *мъ* nomine derivato. Hanc ego characteristicam Slavorum linguae radicem appellavi, justis, ut equidem puto, rationibus: primum, quod Slavorum communis eadem radice orti nominis prima syllaba nexum litterarum, spectato Graecorum et Latinorum litteras jungendi usu, sibi proprium praeseferat; atque illo soni **SL** — primigenio complexu, multis vocibus alio significatu signandis, omnes vocales, et praecipuae Slavorum diphthongi, subjuncta quadam tertia consonante alterius notionis signo, adhibeantur; quin tamen originaria radix Slavorum veterem soni complexum aliqua ratione mutet, cujuscunque vocalis consequentis causa, vel praecedentis

ties in compositione derivatorum particulae. Porro, quum lingua sit praecipuum illud subsidium, quo humanitati cultus accedit; linguae vero ars tota comprehendatur summa notitiae, mentis notiones ita convenienter vocibus signandi, ut auribus ac intellectu recte percipi valeant; *mens, mysl*; *id quod mens cogitavit, zamysl* 5); *verbum, slowo*; *auditus, sluch*; praestantiora mihi videntur esse linguae monumenta, et antiquissima philosophiae cujuspam vestigia, quae quidem ex vetustiori lingua alterius gentis 6) ortum tra-

- 5) *Dalemilus Cap. VIII. pag. 30.* non solum potestatem hujus verbi, verum etiam antiquissimum nomen proprium primi ad humanitatem exculti Bohem. ducis versibus istis complexus est:

Přemysl biesse maudré myslí

Slibusſj wſſe práwo zemſké zamysſi.

Etymologiam hujus nominis jam *Cosmas Pragensis* observavit in hunc modum: „ Viro nomen „ est *Przemysl*, qui super colla et capita vestra „ jura excogitabit plura, nam hoc nomen latine „ sonat praemeditans vel superexcogitans. “ Ex verbo igitur *zamysłiti* derivatum nomen appellativum *zamyſł* primario significatu id, quod mens cogitatione invenit, aut concepit, signare videtur; extensa dein ad *causam, prætextum* ac *speciem* significatione.

- 6) Heic velim benevolus lector mecum ad illam gentis familiam mentem reflectat, e qua nostri majores progresi absque ullo familiari sermonis usu alio locorum commigrare non potuerunt; nisi quis putet, magis in eorum potestate fuisse oblivisci etiam illius consuetudinis, quam, no-

trahere videtur, sed elocutionem et faciem grammaticam Slavis propriam habet. Licet enim homines acerrima mentis contentione velint suopte ingenio novarum rerum auctores esse; tamen in exercitio suarum facultatum monumenta veterum traditionum passim relinquunt, quae artis novae inductio penitus antiquare non potuit. Itaque in vocabulo *Slouch*, σλοχъ, orientalis quidem ingenii specimen videor mihi videre; quis enim auditis loquendi formulis: *oculus terrae*; *filiae carminis*; *nuntius aurium*, quendam orientis gustum, non animadvertat, quarum prima usus est Moyses Exodi X, 5. יְהָרֵן עַל־סֶפְּרִיְתְּ הָרָא superficiem terrae intelligens; secundam Ecclesiastes usurpavit XII, 4. sed tertiae illius formulae in originali uno vocabulo σλοχъ comprehensae denominata significatio *auditus* duorum nominum notiones originarias in unam involvit; quae in primitivas resoluta, tamen perceptione facilior est, quam illa Ecclesiastis mihi videatur esse: nam quod auribus verba
men-

tionum atque signorum linguae popularis usu contractam, in alienum sermonem homines traducere solent, ut suae magis, quam peregrinae linguae proprietatem exprimere agnoscantur. Illam equidem originariam gentis nostrae familiam designare non possum; vocabula tamen antiqua majorum cum antiquioribus orientalis cuiuspiam populi nominibus comparare, vel ob ipsam plurimum linguae Slavonicae sonorum cum orientibus convenientiam, minus dubito; imo pluribus philologiae causis inducor, quas alibi adducam.

menti nuntientur, omnibus constat; sed per filias carminis difficilius aures intelligerem, nisi haec poesis constructione verbi obsur-descent, illustraretur versione latina.

Iam in hac linguae Slavorum philosophia, quam ego tenui specimine vocabulorum ex prima eorundem memoria describere conor, nemo translato ad exponendam vocum indolem faciei nomine offendetur, qui animadverterit, nulla meliori ratione nobis de gentis cuiuspiam ingenio constare posse, quam philosophica comparatione sermonis, in quo discrimen ingeniorum velut distincta linearum species in diversis faciebus obser-vatur. Sed illud bivium, quod nobis ad culturam natura dedit, in philosophico Slavorum linguae scrutinio junctim observari debet; ut nec soli experientiae ac ingenio Slavorum vocum philosophiam vindicare cone-mur, cura in imitationis disquisitionem omnino neglecta; neque praejudicio occupati cujusvis experientiae ac proprii ingenii fructum Slavis negantes, omnia eos imitatione tantum servili aliarum gentium consecutos fuisse arbitremur. Etiam in imitatione vis attentionis et exercitatio facultatis cognoscitivae operationum subinde magis, quam in propriae inventionis vocabulo appareat, ut mihi videor in Slavonico nomine πένιζъ, Penjъ, animadvertisse, quo S. Cyrillus Matth. XXII, 19. δημάρχιον reddidit; voce procul du-bio jam prius apud Slavos usum obtinente; vocabula enim Cyrilli ingenio formata Grae-cam potissimum vel faciem habent vel phi-losophiam. Sed vix Caroli Magni aetatem

su-

superat; imo ex hujus Imperatoris *Capitulari III.* Anni DCCCV. illius vocabuli *Penž* originatio et vis primariae significationis idonea ratione deducitur: nam Capitulo XX. ita statutum est: „ de falsis „ monetis, quia in multis locis contra ju- „ stitiam et contra edictum nostrum fiunt, „ volumus ut nullo alio loco moneta sit, ni- „ si in palatio nostro; nisi forte a nobis „ iterum aliter fuerit ordinatum. Denarii ve- „ ro, qui *pensant*, et meri sunt, *stabiles* esse „ possunt.“ In hac ultima Capituli proposi-
 tione duas potiores causas observo, quibus arbitror Slavos vocabuli *пѣна* materiam et formam accepisse ex verbo praesenti *penso*: *pensare* enim dicitur moneta, quae pondus legitimum habet; itaque denarium slavicō nomine signaturi mentem attenderunt ad praedicatum subjecti, et notionem denarī primum ex *legitimo pondere*, demum ex *stabili* ejus valore conceptam, signo quidem sonorum linguae Latinae, sed Slavonica forma nominis relata ad principem, (*кнѧзь*) cuius imaginem denarius praeseferebat, aptissime finxerunt. Facile igitur ad quemvis numum significandum, qui legitimi ponderis, et valoris usu publico definiti esse debet, postea haec appellatio extensa est, cui nec ratio sufficiens, nec analogia deest: occasio autem formandae voci fuerit vel census annui no-
 men *pensa*, illius aevi consuetudine usurpatum; vel interpretatio divinae laudato Matthaei loco doctrinae; cuiusmodi vocabula originatione latina in linguam Slavorum ante Cyrillum cum institutionibus Christianis a Latinis Doctoribus inducta, sequiores Ma-
 gistri

gistri et S. Codicis interpretes subinde adoptasse videntur 7).

II. Utilis itaque ad historiam quoque humanitatis et religionis est symbola antiqui linguae Slavicae vocabuli **пѣнѧзъ**: quid enim tranquillae societati hominum magis prodest, quam legitimi ponderis in quotidiana negotiatione usus, et Superioribus justa honoris et obsequii exhibitio *etiam propter conscientiam?* Sed, aliud specimen adferam Slavici nominis ad humanitatis historiam pertinentis, quod procul dubio antiquius est illo latinae originationis vocabulo. Constat omnino de majorum nostrorum hospitalitate fide dignis auctoribus celebrata; in hoc autem humanitatis genere sicut primum, pro quo peregrini interpellare solent, hospitalitatis officium est, concessio loci ad pernoctandum; ita denominatum hujus beneficentiae vocabulum, usu et auctoritate veteri firmatum, eo antiquius erit laudatae humanitatis monimen-

- 7) Hujus originis certa, et latinae faciei sunt haec nomina: **Олтаръ**, oltář, altare; **крестъ**, kréstъ, crux, **креющиє**, krjescz'enie, křtienj, křest, (*signatio crucis*) baptismus; horum enim in Versione Novi Test. Slavonica Litterali, utriusque Literaturae Codd. Ecclesiasticis Cyril. et Glagolit. atque in antiquis Bohemorum libris idem usus observatur. Non poterant haec aliaque hujusmodi vocabula quotidiano usu magis confirmata cum aliis absque offendiculo commutari; sed manse- runt in certum primae institutionis Christianae a Latinis doctoribus traditae monumentum,

mentum, quo haec altius repeti, atque diplomatibus ex prima memoria repetitis confirmari potest. Tale profecto vocabulum est: **ношлѣгъ**, **nocleb**, *nocturna quies*, sive hospitium nocturnum, in Litterali Slavorum aequae ac Bohemorum dialecto ex prima utique gentis memoria et populari consuetudine usurpatum: nam in Ottocari I. et Wenceslai I. diplomatibus exstat; videturque antiquissimum esse Slavonicae legis monumentum, 8) cuius observantia ex moribus vitae Patriarcharum originem duxerit, de quorum hospitalitate constat. Omnia vero Slavonicarum vocum, quae ad religionis traditionem pertinent, ac universae Slavorum gentis veterano usu celebrantur, antiquior et praestantior est illa, cuius originationis purioris eorundem religionis naturalis vestigium conservavit: ex derivato enim a radice **Богъ**, **Boh**, **DEUS**, verbo **богатай**, *possedeo divitias, abundo*, tam clare proxima notio hujus antiquissimae vocis deducitur; ut ad veritatem significationis, etymologiae rationem, et analogiam religiosi Slavorum nominis cum praecipuo eorundem morali charactere nihil habeam illustrius, quo ad propositum utar, quam sit ista Apostoli ad Rom. X. 12. auctoritas, ubi haec verba: ὁ γαρ αὐτος Κυριος παντων, πλευτων εις παντας — Slavonica Versio tali lectione reddita habet 9): **той же**

8) Vid. C. I. von B. *Geschichte der Stadt Königgratz I. Th. Prag 1780* 8. p. 72. Superioris Cap. Not. 47.

9) Editio Mosquens. A. 1757. Ostrog. **БГ** — **бога-**

тъ въ всѣхъ.

Tom. I.

F

Къ вѣхъ, когатай во вѣхъ. — In quem modum ab eodem nomine ad idem verbum communione ejusdem divitiarum significatus accedatur, satis, ut arbitror, clarum est; sed philologo, attentius Versionem Slavicam cum originario textu comparanti, apparebit linguae illius indoles ad vim archetypi uno verbo et eodem sensu reddendam aptior, quam sit Linguae Latinae heic ad vertendum consuetudo eadem ratione idonea. Quam vellem, *Drusii* observatio ad hunc Apostoli versiculum 10) expenderetur! ut cuique facilis constare posset, Slavum Interpretem uno eodemque verbo, et vi eadem reddisse, quod Drusius magis volebat, sed non potuit, nisi duobus hisce verbis: *diues existens*, interpretari; et H. Stephanus longiori paraphrasi, sed optimo sensu reddidit: *Cui suppetunt divitiae, quas largiatur omnibus*. Est enim Slavis vox когатай participium praesentis temporis, sicut πλετων, quod Mosquensis editio Drusii exemplo resolutum in margine posuit: когатъ сый. Iam quod attinet ad illum naturalis etiam sed purioris Slavorum religionis consensum, qui officia rationis cum officiis vitae humanioris conjungit; maiorem convenientiam apud eos cujuspam vitae humanae officii non invenio, quod congruat notioni a Slavis Deum cognoscendi-

10) *Dives in omnes.* „Non est πλεσιος in Graeco, „sed πλετων; ideo malim *dives existens*. Aut forte „πλετων dixit pro πλεσιος, participium loco no- „minis usurpans.“ Tom. VII. Criticor. SS. col. 821.

tibus nomine BOH signatae, quam sit hospitalitatis et beneficentiae in egenos. Qui enim confitetur eum, *cui suppetunt divitiae, quas largiatur omnibus*, et ipse debet congruenter sua egentibus largiri. Sed apud antiquissimos Slavorum non tantopere in hoc beneficentiae genere officium desiderabatur, quam virtutis modus apud sequiores, qui non in vitii loco, sed in laude ponebant, plus in egenos et hospites profundere, quam res familiaris patet, vel aequitas admitteret. Atque hoc nomine BOH, *Deum unum atque solum Dominum hujus rerum universitatis*, dum adhuc purior esset Slavorum naturalis religio, a majoribus appellatum fuisse arbitror traditione quadam a patribus originariae eorundem familiae accepta: nam, si derivatae, et negatione praefixa compositae voces, *nebohý, nebožtjë, pauper, miser, infelix; defunctus, rebus humanis ereptus*, cum radice sua BOH, remota negatione, conferantur, clare patet, illo nomine Slavos Eius omni felicitate constanter beatum ac immortale intellexisse. Non equidem hoc Slavicum *Dei nomen BOH* Procopius Caesariensis voce patria identidem prodidit memoriae, sicut illud gentis nomen commune; ejus tamen testimonio agnitae a Slavis unius *Dei* existentiae inducor, non alio, quam laudato nomine *Deum verum* appellatum fuisse; quia universa gens in usu illius convenit, cuius notio sublimior est, ac illa Slavorum aetas suopte ingenio assequi potuisse mihi videatur. Sed horum Procopii verborum causa: *τον της αεριπης δημιουργους*, non ausim omnino asseverare: nomen *Perun* jam tum in usu apud Slavos fuisse, quo ful-

guris effector, ab etymologia *ferientis* appellatus fuerit; quamquam ex illius, communis postea nominis usu, ac praecipuo honore, quem Slavi passim in diversis regionibus *Peruno* sequiori aetate habuerunt 11), id congruenter deduci videatur. Porro licet hoc tempore, quo Procopius scribebat, Slavi puriorem patrum suae nationis religionem tantisper alterius cuiuspiam gentis opinionibus, aut propria contemplatione naturae, superstitionis cultibus auctam profiterentur; tamen haec sacra eorundem philosophia non fuit *mythica* sensu Graecorum et Romanorum, ut homines in deorum numerum referrent, sed rerum naturae ejusque contemplationi innixa: quatenus ex Deo supremo. aeterno et communi hujus rerum universitatis procuratore pro illarum varietate alii distributis officiis de sanguine ejus processisse fingerabantur, quorum quisque eo praestantior esset, quo proximior Deo deorum. Ita profecto apud Procopium Slavorum αλλ' αττα δαιμονια intelligi debent vi praecedentium verborum, nimirum: *fluvii, nebulae, cetera* — prout longe posteriori aetate, magisque auctis superstitionibus, adhuc inter *multiformia deorum numina arva silvasque* Helmoldus 12) commemoravit. Sed, *mythica* haec Slavorum mo-

11) *Peruno* praecipuum honorem a Slavis habitum compendio exposuit Cl. Faustinus Prochaska *de saecularibus liberalium artium in Bohemia et Moravia fatis commentarii Pragae A. 1782. 8. editi* pag. 17. et sequ.

12) Helmoldus Chron. Slav. Lib. I. Cap. 84.

monimenta, si probe considerentur et conferantur cum antiquissimis traditionibus historiae sublimioris; appareat, etiam Procopii aetate apud Slavos, nec superstitionis cultibus jam inductis, neque moribus a prima simplicitate declinantibus penitus antiquatam fuisse primi hominis religionem, quae vario statu ad eos, multisque vicissitudinibus tamen ita deducta est, ut hi existentiam unius Entis supremi *divitis* in omnes, *felicissimi* et *immortalis*, domini hujus rerum universitatis profiterentur. Hanc ego disciplinae Slavorum philosophicae partem 13), cuius monumentum nomine BOH apud universam gentem custoditum idoneo sensu in sacra Christiana transferri potuit, pro specimine ingenii Slavorum antiquissimo, gentis antiquitate ingenua, et fonte praecipuo eorundem humanitatis adduco.

III. Geographiae medii aevi quantum accedat luminis antiquorum linguae Slavicae vocabulorum notatione, jam complures erudit Viri observarunt, ut non sit necessarium, rem hanc pluribus verbis confirmare: ad institutum tamen proderit, quasdam observationes philologicas heic retulisse, quibus mores ingenii Slavorum in signandis nominibus Geographicis sive propria, sive alterius cuiuspiam gentis consuetudine contracti facilis agnoscantur. Recte idoneus auctor 14)

Geo-

13) De disciplinis Slavorum imprimis philosophicis egit laudatus Prochaska pag. 1 — 38.

14) Samuel Bochartus *Geographiae Sacrae seu*

Geographiae Sacrae Moysen a Phoenicibus *Geographica* vocabula pleraque mutuatum fuisse animadvertisit, commutatione litterarum in vocibus naturam loci identidem significantibus intellecta; ut est illud vocabulum, quo duo loca, quae sunt ad fluvios maxime anfractuosos, Phoenices *Lud* appellarunt, Moses vero *Luz* nominavit: igitur exemplo Cl. Viri necessarium quoque erit in hanc *Geographicorum Slavicae* linguae vocabulorum disquisitionem descendenti, commutations litterarum observare Slavonicas, quae alterius dialecti consuetudine fieri solent; ea maxime de causa, ut convenientia nominum exempla inveniantur, quibus velut communibus quibusdam generibus *Geographicorum* vocabulorum signantur Slavonica locorum nomina, simili ratione, vel alia loci naturam significantia. Heic ego proprium gentis ingenium magis quam in quocunque alio genere vocabulorum maxima varietate involutum, atque praecipuum veteris linguae, successione temporum commutationem subeuntis, thesaurum video, in quo verba, quorum prior aetas interiit, velut abdita indicio loci monstrantur; et nova rerum nomina eodem fonte Slavico deducta, vel parce detorta, fidem habent, ac suam aetatem proferunt. In hunc modum nomina locorum *Chlum* (Холмъ, recentiori, ut mihi videtur, enuntiatione; causa memoriae των Ζαχλασμων apud Constanti-
num

num Porph.), **Chlumek**, **Chlumec**; **Chliebi**,
 (χλαεβι) **Krčlebi**, **Žlebi** — antiquato licet verborum usu, tamen in eo locorum situ perenni, *colles* et *cataractas* indicant, veteremque appellativorum nominum potestatem custodiunt, quam lingua litteralis confirmat. Nihil profecto ad chronologiam vocabulorum, ad examen criticum et philologicum, quid in quaque dialecto Slavica sit ingenuae majorum et communis linguae; quid vero novae verborum fictionis ab analogia veteris linguae non recedentis, illustrius esse potest Geographicis diversarum Slavicae gentis stirpium vocibus; tale in his continetur rei literariae subsidium, ut historia naturalis Slavoniarum, et varietas ingenii ejusdem originis populorum diversitate climatis contracta facilius intelligantur, vel confirmentur. Itaque vocum illarum initium *historicum* a Procopio et Iordane ex primae Slavorum memoriae sedibus repetam; *diplomaticum* vero ducam a Slavis in Austria, seu *Norico - Slavis* ex anno DCCLXXVII. magis vero ex anno DCCCXXXII., quo in diplomate *Ludovici*
 15) Imp. formula denominati Slavorum vocabuli in hunc modum occurrit: „ — usque „ad medium montem, qui apud *Vuinidas Co-*
 „*lomezza* vocatur —“ procul dubio **Коломежа** legi 16) debet hoc vocabulum, deductum a

КОЛО

15) Vid. Bern. Bez Thes. Anecd. T. I. P. III. pag.

15.

16) Slavis Austriae vicini Bohemiae Slavi antiquitus geminis litteris *zze* pro ſe scribebant; in fragmento antiquissimo Vindobon. Passionalis

κολο, id est *rota*, et μεζα *limes meze* (mez), unde μεζδιο, *mezugi*, ὁριζω; ut hoc nomine *terminus* aut *limes rota* signatus intelligatur; sicut ex isto diplomatis contextu cum etymologia vocabuli collato colligitur: „Colomez-„za vocatur, ubi in duabus arboribus eviden-tia signa monstrantur.“

IV. Quod attinet ad morum et artium Slavis cognitarum indicia, quae antiquioribus eorundem linguae nominibus contineantur, etsi pauca memoriae prodiderint Graeci Latinique Scriptores; tamen nonnulla sui licet idiomatis consuetudine parum inflexa utilius in rem nostram tradiderunt, quam si optima latinitate vel graecitate vim eorum nobis reddidissent. Itaque gratissimo animo legimus in diplomate Thassilonis: „Tradimus autem et decaniam Sclavorum cum opere fiscali seu tributo justo, quod nobis ante persolvi consueverat. Hos omnes praedictos Sclavos, qui sub illis actoribus sunt, qui vocantur *Taliub* et *Sparuna*, qui infra terminum manent, quem conjuravit ille *Iopan*, qui vocatur *Physsō* — “: et, a Constantino Porphyrog. 17) Ζεπτανησ γεροντας eo magis gaudemus epitheto ab honorabili senectute ducto nuncupatos fuisse, quo probabilius esse videtur, antiquissimum nomen apud Slavos praefectorum familiae regundae fuisse.

Boh. rhythm. zz habentur pro nostro ſ; sed mesa non est Slavorum vox, bene vero μεζα vel meze Slavicum idioma praeſefert.

17) De administrando Imperio. P. II. Cap. 29.

fuisse illud, quod necdum exolevit, Σταρόστα
ο Γερων: neque alio Dalemilus noster digni-
tatis nomine patrio *Cz'echum* appellavit 18),
quam isto:

Alle že gich STAROSTYE Čzech diechu
Pron zemi Čechy wždiechu.

Hanc nominis et officii potestatem, ve-
lim, benevolus lector conferat cum Cicero-
nis de Senectute verbis: „Apud Lacedae-
monios quidem ii, qui amplissimum magi-
stratum gerunt, ut sunt, sic etiam nomi-
nantur senes. Quod si legere, aut audire
voletis externa, maximas respublicas ab
adolescentibus labefactatas, a senibus su-
stentatas et restitutas reperietis.“ Sed a *Se-*
nibus Slavorum etiam institutam fuisse rem
publicam constat ex supra laudatis Dalemi-
li verbis; tum etiam Annales Francorum A.
DCCLXXXIX. testantur de *Vuitzano*: „nam
is ceteris *Vuilsorum* (qui propria lingua
Vuelatabi dicuntur) regulis, et nobilitate
generis, et auctoritate *senectutis* praeemi-
nebat.“ Quamquam Slavi prudentiae ac
morum maturitatem in *Senibus* magis quam
aetatis gravitatem respexerint, ut illud ge-
nus virtutum ex veteri consuetudine a Slavis
Regni *Slavoniae* adhucdum pensi habeatur,
dum ab his familiae cuiuspiam *Starosta* eli-
gitur 19).

Ar-

18) *Kronika Bolesławská* — wydana od Františka
Faustyna Procházky w Praze 1786. 8. pag. 14.

19) Vid. Iter per Poseganam Sclavoniae Provin-

Artium quoque Slavis cognitarum indicia in quem modum contineantur earundem nominibus, dum arte facta voce patria signantur, exemplo esse poterit nomen *Ostrog*, Οστρόγχ, quo munitum palis defixis factum intelligitur, primum, ut mihi videtur, Slavicae artis loca muniendi rudimentum, unde urbes quaedam identidem nominatae sunt; velut apud Constantinum Porphyr. Cap. 36.
 το Οσρωκ (Οσρωγ); et apud Thomam Archidiac. Spalat. Villa S. Domnii pariter *Ostrog* appellatur Cap. 30; illa demum urbs a principe totius Scripturae Sacrae Slavonica editione celebris ejusdem originationis nomine nuncupatur, ut praecedente capite ostendi, appellativique nominis significatum custodit Ezechiel. XXI. 22: το βαλειν χαρακη, quod Slavus Interpres juxta exigentiam sui vocabuli construxit cum verbo ὀκτάβιτи, et ποτάβιτи οστρόγχ. Slavicum illud muniti genus, quo porta urbis *Arconae* munita fuit egregie *Saxo*, ista verborum proprietate descriptis 20): „Oppidani partem urbis, quo

,, mi-

ciam mensibus Iunio et Iulio A. 1782. susceptum a Mathia Piller Hist. Natur. et Ludovico Mitterbacher Oeconomiae Rusticae in Regia Univers. Budensi Professoribus Presbyteris. Budae A. 1783. Utinam singulares hujusmodi symbolas cognoscendis moribus Slavorum idoneas plures habemus, tanta fide, et tam bene descriptas!

20) Lib. 14. de vallo quinquaginta cubitis alto, quo ab occasu *Arcona* conludebatur: *ejus inferior medietas terrea erat, superior ligna glebis intersita continebat.*

„ minor eam attentandi facultas pateret, in-
 „ genti glebarum acervo praestruxerunt, a-
 „ ditumque coacta cespitem compage clau-
 „ dentes, tantum ex eo opere fiduciae con-
 „ trahebant; ut turrim, quae supra portam
 „ sita fuerat, signis tantum aquilisque prote-
 „ gerent. Inter quas erat *Stanitia* magnitudine
 „ ac opere insignis.— „ Sed hujus nominis a
 Slavica voce *станище* deducti notationem in-
 fra exponam; heic ad vocabuli *Ostrog* cer-
 tam antiquitatem firmandam, quia de Ver-
 sione Evangeliorum minime dubitatur eam
 a Cyrillo et Methodio factam fuisse, adno-
 tabo illa Lucae XIX, 43. verba: περιβλαστιν
 διεχθροι σε χαρακα σοι — eodem nomine reddi-
 ta: *ω^νελο^γжатъ вр^азъ тво^и ѿ^гр^огъ* *ѡ т^ек^екъ*; ut
 itaque constet, Slavos sui ingenii vocabulo,
 aggeris, valli, septi, quo castra muniri so-
 lent, significatum comprehendisse, quod eis
 antiquissimum fuerat, et significandis etiam
 aliarum gentium munimentis idoneum vide-
 batur: nam munitiones magnas, vel, ut ar-
 chetypo nostrae Versionis utar: *χαρακας με-*
γ^αλ^ες Eccles IX. 14. Slav. Interp. reddidit:
ѡ^гт^ро^ги в^ел^їя.

Iam istae speciminis antiquissimorum
 linguae Slavicae vocabulorum causae, qui-
 busdam exemplis illustratae, lectorem in hanc
 opinionem inducere poterunt: ut Scriptorem
 illum, qui antiquissimas laudatae dialecti vo-
 cabulorum formas ideo detegi posse negat,
 quod nullum habeatur in manibus Slavico
 sermone scriptum opus, cuius idonea aucto-
 ritate illae verborum formae suam aetatem
 ferant, putet nunquam veteres historiae Sla-

vorum fontes vel suis oculis legisse, vel attentum fuisse observandis illorum vocabulorum formis. Et, quod ad tantam formarum commutationem successione temporum induc tam, nobisque oppositam attinet; nescio, an magis illarum antiquissimae sequiores atque hodierni quoque usus; an vero istae antiquissimarum analogiam confirmant: exemplo enim servire potest illud Saec. IX. diplomatice certum atque compositum nomen *Colomezza* (коломѣза), cuius forma compositionis recte consentit cum istis identidem compositis nominibus: коловратъ, kolowrat; коломазъ, kolomast; Iaroslaw; Mysloboj; Мишомирка; cet. in quibus jugum compositionis, vocalis *o*, analogiam custodit, etiam quando nomina primae declinationis Slavorum initium dant compositae dictio ni, cuius in proposito exemplo forma exitus in *a* quam sit universae Slavorum genti communis et analoga, satis constat; quamquam Bohemi malint nomina in **a*; *u*; *wa*; *ya*; *fem.* finita, in hunc modum, servata ceteroquin eorundem nominum declinationis analogia, in casu recto enuntiare: межа (meze); деница dennice; душа dusse; пыча pjce; quarum terminationum illa in *u* = *ce* signandis nominibus locorum frequentissima est. Non est mei in hoc specimine vocabulorum proferendo instituti antiquiores nominum formas adducere, quae superent aetatem primae Slavorum nominis memoriae a Procopio Caesariensi et Jordane Go tho prolatae; sed hanc archaeologiae Slavorum grammaticae praefigo epocham e medio saeculi VI. usque ad finem XI. deductam; quia magnis difficultati-

tibus superandis, quibus illa aetate altiores Slavorum origines adhucdum involutae sunt, me imparem esse sentio: ex definito autem Procopii et Jordanis tempore certiora mihi videor posse Slavicae linguae adferre vocabula, quibus demonstretur, nec adeo veteres nominum formas a recentioribus vocabulis differre, neque illarum indolem istis corruptam, sed auctam Versionibus divinorum et ecclesiasticorum librorum fuisse ab Interpretibus utriusque linguae omnino gnaris. Necessarium itaque mihi visum est, ut sive illustrandis Cyrillo antiquioribus vocabulorum formis, sive illis Versionum sacrarum a corruptione vindicandis, specimen hoc etiam IX, X, atque XI saeculi vocibus a diversis scriptoribus usurpati augere in animum induxerim.

§. 2.

Fontes et subsidia, ratio et modus specieminis antiquissimorum Slavicae linguae vocabulorum.

Hos ego antiquissimorum Slavicae linguae vocabulorum fontes appello, de quibus omnino constat, rerum Slavonicarum memorias e medio Saeculi VI, usque ad finem XI, in eis ita contineri, ut etiam de auctoritate ac praestantia uniuscujusque fontis sive operis, quo excerptae voces nitantur, idonea habeantur testimonia. Subsidiorum vero nomine complector illa rei litterariae Slavorum monumenta, quibus laudatorum vocabulorum

ra-

ratio et analogia, auctoritas et consuetudo
 confirmari ac illustrari possint. Quod ad fon-
 tes attinet, hos mihi, spectata temporis ratio-
 ne, cumprimis praebent *Byzantini Scriptores*:
 publicas tamen litteras latine scriptas inde
 jam e Saeculo VIII, ab idoneis auctoribus
 subinde memoriae proditas pro praestantio-
 ribus fontibus habeo, non solū illius fidei
 historicae causa, quae istis monumentis sum-
 ma omninoque certa debetur, verum etiam
 ob varietatem vocabulorum: nam praeter
 nomina propria personarum et locorum Sla-
 vonica, quae propemodum sola in Scriptori-
 bus Byzantinis occurunt, in diplomatis
 etiam naturae et artis, legum et consuetudini-
 num, publicae ac privatae morum discipli-
 nae Slavicae nomenclatura saepius contine-
 tur. Ex praecipuo hoc fonte nonnullas voces
 antiquas *Ioannes Lucius* in sex libris de Reg-
 no Dalmatiae et Croatiae 21) sparsim adno-
 tavit; exempli causa Lib. II. Cap. XV. Lib.
 III. Cap. XII. Lib. IV. Cap. IV, ceter. meo
 tamen instituto ea, quae *Lucius* edidit pri-
 vilegia Ecclesiis a Ducibus et Regibus Sla-
 vicae gentis olim data, tanto aptiora sunt,
 quanto plura etiam nomina personarum, of-
 ficiarum, atque locorum ex illis excerpere,
 et aliorum appellativorum nominum analo-
 giam et usum confirmare valeo. Post *Luciu-*
m qui vocibus Slavonicis ex publicarum lit-
 terarum monumentis peculiari quadam opera
 colligendis intentus fuerit, atque hac de re
 scripserit, imo etiam specimina quaedam pro-
 tu-

21) Francofurti A. 1666. f.

tulerit huic instituto idonea, primum esse puto *Iosephum Dobrowsky* 22), cuius etiam complures epistolae ad me datae istius litteraturae Slavorum partem egregie illustrant, meamque in observationibus philologicis antiquissimorum Bohemo-Slavicae dialecti monumentorum Bibl. Palat. Vindobon. nusquam editorum operam porro adjuvabunt.

Iam equidem ante Dobrowskium Cl. Vir Gelasius Dobner Cl. Reg. Scholarum Piarum de rebus patriis optime meritus subinde in *Annalibus Hagecianis*, atque etiam in *monumentis Bohemiae Historicis* primum editis, praecipue diplomatis, antiqua linguae nostrae vocabula adnotavit; sed dialecti Slavorum litteralis subsidio huic studiorum parti necessario non est usus: exemplo sit Diplomatarii Waldsteinio-Wartenbergici Nro. V. de anno 1311. vox *Nyvi* isto verborum contextu servata: — *viginti quinque petias terre aratorie, que vulgariter NYVI vocantur, ibidem in Moravan ad nostras araturas spectantes.* — Illustrandae hinc voci primum quidem recurrat Dobnerus ad MStum Dalemili, qui in Historia Boleslaviensi *Ľawy* appellat sepulchrum in campis; deinde subjungit: „Vero, simillime *Ľywí* idem est, quod hodie *Braž*, „*ďa* seu *Rozwor*, id est sulcus aut porca.“ Sed laudata vox in Codicibus utriusque litteraturae cum Cyrillicae tum Glagoliticae frequenter occurrens praesens fulset illustrandae potestati: *Genes. XXVII, 27. Ľák*

BO-

22) Vid. Not. 47. Cap. superiori.

вона нивы исполнены, *sicut odor agri pleni*, cuius nominis gen. f. singularis casus rectus est **нива**, plur. **ниви**; et proprie agrum cultum videtur significare, tum laudato *Genes.* tum isto *Ioannis IV*, 35. vocabuli usu: и видите нивы, какъ плѣбы суть къ жатвѣ оуже; ubi voces **нивы**, non quascunque *regiones*, sed agros cultos intelligimus. Sed et nostrae dialecti usu, post restitutam a *Fratribus Conf. Boh. Slavicae* puritati orthographiam, laudatum nomen **Ниша**, non vero **Ниши**, perscribi debet ac enuntiari, quod tam differt a **Браѣда**, quantum ager a *sulco*, qui et litterali Slavorum lingua dicitur **браѣда** *Ecclesiastici VII*, 3. **не сѣи на браѣдахъ неправды**. Profecto, si qua gens denominatas habet rei agrariae voices, Slavorum etiam regionibus ac moribus jam distinctae nationes disciplinam rusticam suis nominibus ita describere possunt, ut hujus artis pridem eos cultores sive domesticorum censensus vocabulorum ubique testetur: non equidem instabilis animi colonos, ut recte Cl. Hentze animadvertisit; sed uni loco diligenter addictos, teste hujus rei appellativo nomine antiquissimo **селанинъ** **Sedlač**, a **село** (Boh. cum epenthesi litterae **đ**, **Sedlo**, **Sedlec**, **Selče**) *vico, rure, agro*, quo nobis *rusticus* idem dicitur ac **osedy** primario significatu, *qui lagrum possidet*; et **ниваръ** а **нива**. Iam hoc specimine intelligi potest, observandis Slavorum vocibus antiquis necessarium esse linguae literalis studium. Sed, ut redeam ad fontes earum, etiam Latini Scriptores medii aevi Historici quasdam Slavorum voces cumprimis in Annalibus Francorum, et rerum a Germanis gestarum Historiis ab interitu servarunt.

runt. In *Ditmaro Episcopo Merseburgensi* notatu digna inveni vocabula, cui etiam fidem habeo majorem; quia cum Slavis conversatus, eorumque curam gerens, dialectum Slavicam vix ignoraverit. Utinam noster *Cosmas Pragensis* plura patriae linguae protulisset nomina! vel potius populari scripsisset dialecto; qua de rebus non solum Bohemicis, verum de Slavicis universim longe melius meritus fuisset.

Qui post undecimum saeculum rebus Slavicis memoriae proditis inclarerunt Scriptores, hos ego inter subsidia exponendis aut confirmandis vocibus antiquis habeo tanto magis idonea, quo minor editorum licentia vocabulorum commutatio in hujusmodi monumenta inducta fuisse collatione MSrum observatur. Ab hac licentiosa temeritate ne quidem Divini et Ecclesiastici Codd. manserunt integri eo verborum antiquorum contextu, quo primum Slavice redditi sunt; sed heic majori licentia Latini Clerici egerunt, ut ex litteris Romanorum Pontificum, quas infra Cap. VII. laudabo, et ipsa recentiorum Codd. Slavo-Latini ritus, ad normam antiquiorum cum primis Ruthenicorum saepius eorundem Pontificum auctoritate, facta emendatione constat: quamquam et Ruthenica exemplaria novis vocibus quibusdam substitutis, atque lectionibus variis aliquam commutationem identidem subierint. Horum Divinorum et Ecclesiasticorum Codicum Slavicae Versiones licet suam originem e dimidio saeculi IX. deducant, tamen has eodem subsidiorum, non vero fontium genere complector: primum, quod solum ex Graecis Latinisque

Tom. I.

G

Scrip-

Scriptoribus istud specimen colligere mecum constitui; deinde, quia collectio vocum e laudatis Codd. *Concordantias* et *Hierolexicis*, necdum equidem integris et desideratam perfectionem consecutis, jam continetur. Bohemo-Slavicis litterarum monumentis, quorum aetas ex primis memoriis 23) repetita usque ad finem saeculi XV. producitur, antiquissimorum Slavicae linguae vocabulorum analogia, auctoritas et consuetudo ita confirmatur, ut linguae litteralis notitiam nostrae dialecti cognitio adjuvet; et hujus studio ab illa majus lumen et decus accedat. Nescio, an cuiquam philologo nosse desideranti: qua ratione de proprietate et antiquitate Slavorum linguae facilius atque verosimilius judicari possit, subsidio promptiori et argumentis rationum innixo satisfacere valeam, ac sit dialecti litteralis cum illo antiquiori Bohemorum sermone consensus, post critico-grammaticam, utriusque dialecti propositionum in singula verba, eorumque nexum, disquisitionem repertus: tum vel maxime, si aliarum quoque praestantiorum Slavicae gentis dialectorum harmonia ille consensus confir-

23) Primas monumentorum Bohemo-Slavonicorum repeto memorias e Saeculo X., quo S. Adalbertus Episcopus Pragensis *Hymnum: Hospodyne promiluy ny* (господінє помилуй нї) suis popularibus dedit, cuius adhucdum apud nos usus viget. Vid. Dobrowsky Hist. L. Boh. pag. 38. ceterorumque linguae nostrae monumentorum relectionem usque ad pag. 160. Vid. etiam Capiti VIII, hujus Vol. adnexa monumenta.

firmetur; non equidem ex recentioribus Codicibus aut Lexicis deducta, sed fide antiquorum cujusque stirpis rei litterariae monimentorum comprobata. Nam vix aliquam esse puto Slavoniarum regionem, ubi non fuerint posterioribus saeculis quidam Slavici *Catones* et *Ennii*, qui sermonem patrium, sed conversione studiorum minus analogam majorum consuetudini, ditaverint, et nova rerum nomina protulerint. 24)

Inter idoneas rationes, quibus Slavicae linguae vocabulorum a Graecis et Latinis utriusque idiomatici ingenio perscriptorum propria facies recte animadvertisatur, modiscriptionis Byzantinorum Scriptorum per singula eorum elementa comparatio primum fieri debet cum potestate Slavicae linguae sonorum, qui Cyrillicis characteribus signati, veteris depositum enuntiationis jam inde ex dimidio saeculi IX, optime reddunt. Nam, quia Graecis aequae ac Latinis characteribus descripta Hebraeorum vocabula saepius impeditam reddiderunt eorum cognitionem; Slavonicorum nominum facies iisdem peregrinis litterarum formis signata eo difficilius agnoscitur, quo plures Slavicae linguae soni sua vi et potestate distincti, eodem subinde Graeco charactere uno, vel duobus conjunctis involvuntur, ut videmus in sonis των κ = b, et σ = w una eademque littera β, a

G 2

Pro-

24) Laudatae Dobr. Hist. L. B. pag. 128. Ejusdem: *Ueber den Ursprung der böhmischen Sprache* — §. 15.

Procopio Caes. et Constantino Porph. communiter signatis: his vero duabus $\tau\zeta$, non tantum sono $\tau\zeta \ u = c$, verum etiam $\tau\zeta \ u = \dot{c}$ custodiendo adhibitis. Haec tamen Byzantinerum Scriptorum Slavonicos litterarum sonos ambigua signandi consuetudo linguae depositum minus impeditum reddit, quam illa ipsorummet Slavorum litteris latinis ad prescribendum sermonem patrium diverso usu inducta, per singulas pene stirpes et saecula, ingens et molesta varietas. Observarunt illustres *Sveciae* atque *Germaniae* Viri, quantum rei litterariae Slavorum incremento ob sit proprii alphabeti apud quasdam *Slavicae originis* nationes neglectus 25): contra vero
iidem

25) Illustriss. Vir *Johannes Gabriel Sparvenfelsius*, (quem Sveci suum *Ulyssem* vocant; Slavi vero inter praecipuos linguae suae cultores exter os merito venerari debent) in *Comparatione Dialectorum Slavonicarum* ita scripsit: „Diffi-
„cultas autem maxima irrepsit circa lecturam,
„postquam modernae dialecti abjecta antiqua
„Scriptura Cyrilli et Methodii, coepere literis
„uti latinis in Illyrico unito Ecclesiae Romanae,
„et Germanicis in Bohemia et Polonia. — Qui
„autem antiquam callent lectionem, pronuntia-
„tionem et literas, contemnunt aliorum scriben-
„di modum, et consonantium multiplicationem,
„loco notae simplicium antiquae; neque talis
„potest errare circa pronunciationem: quanquam
„adhuc pejus scripserint Poloni, Bohemi, Crai-
„ni &c. et ex infinitis quasi dialectis, ad veram
„redire matrem facile poterit linguae antiquae
„studiosus. — Vid. *Collectanea Etymologica*

iidem erudit Scriptores animadverterunt, quae sit praestantia et utilitas philosophiae in condendis Slavorum litteris a Cyrillo adhibitae. 26) Itaque parum attentiori Grammatico mirum esse non debet, consilia hominis contra usum primi atque praecipui, servandae et illustrandae rei litterariae Slavorum subsidii ac thesauri, vel fastidientis animi esse, qui *interiora velut sacri hujus* adire semper neglexerit, ut veram eruditio-
nem ac scientiam consequeretur; vel inimici concordiae scripturae et naturae. 27) Hujus ita-

Gedofr. Guil. Leibnitii. Hanoverae 1717. 8.
Merita Sparvenfeldii referam Vol. III. Cap. XV.
Historische und Geographische Beschreibung des Königreichs Slavonien. — Von Friederich Wilhelm von Taube — Leipzig 1777 — 78. I. II.
III. B. 8. Praefat. in librum tertium.

26) Aliorum auctorum rationes meaque argumenta
Vol. II. Cap. II. adducam, ubi de praestantia et
usu alphabeti Cyrillici agere mecum constitui.

27) Quum magnae pietatis opus fuerit, erudivisse
populosam gentem doctrinae sacratioris cupidam,
et sua dialecto redditum Verbi divini contextum
legere desiderantem; quamquam ignaram adhuc
lingue suae vocum *singulis partibus* et ad pau-
ca genera reductis *varietatibus* convenientes litterarum
notas attribuere, quibus depositum enuntiationis perfectissime redderetur, et stupen-
do aurium oculorumque commercio custodiretur;
jam quivis concordiae hujus tantisper gnarus
judicare poterit, quam remotae ab omni hu-

itaque minus periti elementorum melioris litteraturae adversarii tanto magis notanda est prava solicitude, quantum illa plus sapientiae et auctori ati constitutionum BENEDICTI XIV. et Slavonicae gentis tranquillitati, ac litterario profectui adversatur.

Sed, ut redeam ad Byzantinorum Scriptorum Slavonica nomina scribendi modum, non solum cognoscendis nominibus illis, verum etiam linguae ipsius antiquiori orthoepiae cum litterali Cyrillica comparandae utilis erit *alphabeti Slavo-Graeci* Byzantinorum Scriptorum descriptio in tabula cum

po-

manitate mentis, et hominis ingeniorum rei conatus ille fuerit, ut haec tam praeclera naturae Slavici sermonis et scripturae Cyrillicae concordia, interdicto mille propemodum annorum usu, dissolveretur. Sed vicit prudentia et consilium atque humanitas ignorantiam et odium in perniciem rei litterariae conceptum; in obliterationem antiquitatum Christianarum technas; vicit contemptum, Sedis Apostolicae Constitutionum (Vid. Bullarium Benedicti XIV.); utinam et invidiam vinceret litterario Slavorum profectui (Vid. praecedentem Not. 25.) resistantem, cuius impetum per singulas aetates, ducto ex dimidio IX. Saeculi fomite, illa gens varia fortuna sustinuit; ut in Bohemia Saeculo XI. factum fuisse constat ex relatis Cap. priori, et infra Cap. VIII., productis ex MS. Palatinæ Bibl. Vindob. ad Saec. XIII. pertinentibus memoriis magis cognoscetur.

potestate litterarum Bohemo - Slavicis characteribus collata, quam postea necessariis observationibus illustrabo. Procopii Caesar. et Constantini Porphyri scribendi ratione cumprimis utar, neglectis varietatibus sequiorum, qui ad meum institutum non pertinent. Ceterum in Bohemica serie litterarum vetus analogia charactere Latino signatur.

Slavo-



Slavo-Graeci Byzantinorum Scriptorum Alphabeti comparatio cum Cyrillicis characteribus, et analogia litterarum Bohemicarum.

<i>Byz.</i>	<i>Cyril.</i>	<i>Bohem.</i>	<i>Byz.</i>	<i>Cyril.</i>	<i>Bohem.</i>
α	ѧ	ѧ	φ	ɸ	f
β	Ѡ	b	χ	Ѡ	ɸ
β	Ѡ	w	ѡτ	Ѡ	ot (od)
γ	Ѡ	gh (h)	ѿ	ѿ	g, c
δ	Ѡ	d	ѿ	ѿ	cž, č
ε	Ѩ	e	σ, ση	Ѩ	'ſ, ſſ
ζ	Ѩ	ž	στ	Ѱ	ſſt, ſſt
—	ſ	{ z s }	—	Ѡ	—
ſ	ѿ	ѿ	ѿ	ѿ	ѿ
η	Ҥ	i	—	ѿ	—
ι	Ӥ	i	—	ѿ	—
κ	Ҝ	ѣ	—	ѿ	—
λ	Ӆ	l	ѿ	ѿ	ie (ě)
μ	Ӎ	m	ѿ	ѿ	{ ie (ge) }
ν	Ҥ	n	ѿ	ѿ	iu (i)
օ	Ѻ	o	ѭւ	ѿ	iu (au)
π	Ѻ	p	ѿ	ѿ	o
Ծ	Ѽ	r	ѿ	ѿ	—
Ծ	Ѽ	ſ, ſ	ѿ	ѿ	ia { ě }
Ծ	Ѽ	t	{ ѿ }	ѿ	ia { ě }
օւ	օյ, ȝ	u	{ ѿ }	ѿ	ia { ě }

Ob-

Observationes grammaticae in quasdam Slavo - Graeci Byzantinn. Scriptt. alpha- betti litteras.

Slavonicas litteras κ et ε , communiter quidem a Byzantinis antiquioribus uno eodemque charactere β , signatas invenio; sed nonnunquam charactere φ , potestas litterae ε , Slavonica corrumpitur: nam illius litterae Graecorum, aequa ac Latinorum F, usus apud Slavos est tantum in vocibus peregrinis; imo nec nomina peregrina nostri majores isto elemento scribebant; sed passim commutabant cum ρ , pro *Nephthali* scribentes *Neptali*: omnia enim apud Slavos nomina, quibus litt. ϕ , et apud Bohemos \mathfrak{f} , initium dant, suam peregrinitatem produnt, et sunt numero exigua. Eadem littera ε , ab *Agathia* scribitur per *ov* in Slavi cujusdam viri, *Σουαρούνας* (*Swarun*) dicti, nomine contenta.

Quamquam Slavicum elementum r , etiam potestate videatur convenire cum Graecis, tamen id antiquissimo usu vim Hebraici characteris λ seu gh , aspiratione praediti habuisse puto; atque in hunc modum enuntiatum et scriptum fuisse, quibusdam vestigiis in diplomatibus servatis inducor: licet enim in litt. foundationis *Collegiatae Ecclesiae Wissehradensis* (A. MLXXXVIII.) in quibusdam Bohemorum nominibus hoc elementum occurrens frequentius per g , descriptum fuerit, ut *Bogdan* — *Bogumil* — *na Kacigore* — *Lubgost* — *zagradnego*; tamen in eodem diplomate semel dicti elementi vis istis duabus lit-

litteris *gh*, signatur in proprio nomine viri *Modlibogh*; semel vero in proprio viri *Bohumil* nomine charactere *h*, perscribitur, cuius dein saeculo XIII. frequentior fuit usus, ut in diplomate Ottocari Regis Boh. Anno MCCXXV. descripta testium momina demonstrant: *Hroznata* — *Bohuse* — *Holac* — *Zahornic*; et semel duntaxat litt. *gh*, scriptum nomen *Stoghnev*. Sed nunc bivio tantum in consuetudine pronunciationis et scriptionis illius litterae Slavi discedunt a quinque propemodum saeculis: aliis per *h*, laudatum elementum *Hlahol*, aliis constanti potestate ταγ, *Glagol* enuntiantibus, nisi quis malit Dalmatis illam ex utraque littera *gh* medium potestatem vindicare, qui laudatum elementum γλαγολъ in eodem vocabulo jam utroque *gh* charactere, jam priori tantum *vulgari* consuetudine perscribunt: *Boogh*, (κόργ) *Bogga*, *Boggu* — Sed *Caramanus* in expositione alphabeti Illyrici ait: „τ, valet *gh*, v. g. *ghibaju*, *flecto*. Apud Ruthenos sonat, ceu *h* apud Germanos: v. g. *hospod*, *Dominus*.“ Constantinus Porphyry. subinde illius elementi sonum eo charactere signavit, ad cujus potestatem in fine vocis accedit; nimirum ex *gh* in *ch*, et ex *g* in *k*: exempla utriusque commutationis habemus apud laudatum Imperatorem: Οὐροβούνιπρωχ (Өстровнипраг) P. II. de administr. imp. Cap. 9. Ουρωк (Өстровг) vero Cap. 36.

Slavonicorum και γεlementorum potestas uno eodemque charactere τη a Byzantinis passim signatur: ita Constantinus Porphyrog. Ζεπταγες, quos Slavica enuntiatione

ꝝпáны dicimus, eodem charactere scripsit, quo in prolata των Ζηχλωμων (Захлуманъ) memoria usus est. Sed potestas diversi elementi recte observari debet: prioris enim, cum j, vel g. Gallorum ante e, i, eundem sonum habentis, quo Graeci destituuntur, formam *Copticam* ⲥ (жлъка) ad Slavos ita Cyrillus transtulit, ut sola basis erectione ꝝ haec forma differat a Coptorum charactere, ceterum cum isto eadem sit potestate. Bohemi ante definitam stigmate diacritico quarundam litterarum Slavicam potestatem identidem ut Graeci utrumque elementum charactere ꝙ, passim descripserunt; sed ab aetate Johannis Hus coepit illud discrimen observari, ut τω ꝙ, punctato sonus τ& ꝝ significansius custodiatur; ꝙ, vero vim habeat ejusdem cum Graecis ꝙ Slavorum elementi.

Exempla illius dimidii ex ꝙ et s coalescentis soni, a Cyrillo forma ꝙ signati apud Byzantinos non inveni; neque Bohemi peculiari quodam signo heic utuntur, sed plerumque littera ꝙ, illum characterem reddunt scribentes Slavonica nomina ꝙкѣ, ꝙвѣр; ꝙлїе, ꝙлї; ꝙлѡ, ꝙлѣ, cetera: vim itaque illius elementi tamquam dimidiorum sonorum ꝙ signo adnotavi *Caramani* expositionem sequutus,

Potestas Slavonici elementi ꝙ non est adeo liberae pronuntiationis, ut Latini interpretes in Slavicis nominibus a Scriptoribus Byzantinis eadem littera ꝙ descriptum cum e, contra Slavorum antiquam illud per i enuntia-

tantium consuetudinem, licite potuerint commutare: nam Graecos ante mille annos η per i pronuntiasse satis constat, quorum characterem ac potestatem Cyrilus ad Slavos translit, ut nominibus propriis Sacrarum Scripturarum probatur, et collata vocum Slavonicarum analogia cum hac scribendi ratione a Byzantinis communiter observata in ipso vocabulorum specimine infra melius cognoscetur. Itaque ad vitandos in originatione Slavonicorum nominum errores constanter observari debet, Slavos ad grammaticam *itistarum*, ut vocant, non vero *etistarum* sectam pertinere. Dum vero η , quod j Latinorum, et Bohem. g, valet, diphthongo $\alpha\eta$, $\epsilon\eta$, $\o\eta$; aj, ej, oj; αg , ϵg , $\o g$; in Slavonicis nominibus enuntiandum occurrit, Byzantini per $\alpha\eta$ vel αi , $\epsilon\eta$, $\o\eta$ vel ϵi perscripserunt; qua ratione demonstratur, hos eadem vi cum Cyrillo charactere η usos fuisse.

Distinctae potestatis litteras propriis characteribus η , nimirum et ϵ a Cyrillo signatas, quarum prior cum \aleph Hebraeorum et Germanorum z; altera cum Armenorum *Tscha*, vel Italorum c ante e et i, vi enunciationis convenit, Byzantini absque discrimine his duabus $\tau\zeta$ litteris descripserunt; sicut Bohemi subinde faciebant ante stigmatis vel puncti usum, utrumque elementum litteris $c\zeta$ signantes, quorum jam posteriorius, nimirum ϵ vel junctis litteris $c\zeta$, vel rectius sola ϵ , stigmate insignitur ad distinctionem a priori elemento η , sine stigmate litteris $c\zeta$, vel c, perscripto. Quid tamen incom-

commodi haec litterarum alieni alphabeti defectum punctis seu stigmatibus apte sarcendi ratio in analogia linguae Slavonicae melius custodienda vitare non potuerit, Capp. I. et II. Vol. II. grammaticis observationibus demonstrabo.

Slavonicum ψ , quod cum Hebraico ψ , et Germanorum sch potestate convenit, a Bohemis vero geminata litt. ss , vel \tilde{s} signatur, Byzantini vel per σ , vel $\sigma\acute{x}$ descripserunt: ne igitur prior signandi modus confundatur cum alia potestate distincti characteris Cyrillici $\epsilon = \text{f}$ Bohemorum, quem Byzantini eodem elemento σ constanter formant, attentione ac disquisitione grammatica opus est.

Monogramma ψ , quod cum primis in Slavicis nominibus locorum in ище desinentium characteristicum est, jam Procopius Caesar. per ς in proprio nomine castelli $\Sigma\muορνη\varsigma\epsilon$ felici quodam scribendi modo expressit, ut illo cum enuntiationis potestate litterali Slavorum atque Bohemorum comparato, prima Slavicae orthoepiae antiquitas per $\psi\tau = \text{st}$ laudatum ψ proferendi comprobetur.

Quod attinet ad illam Slavicae linguae proprietatem, qua non solum consonantes litterae propemodum omnes, verum etiam vocales, j (jota) molli sono frequentius imbuuntur, atque in hunc modum ex naturali potestate soni, quem *durum* nostri Grammatici appellant, transeunt in *mollem* vi characteris ϵ *Jer'* (иерь , Boh. ger) litteram consequentis; vel vi vocalis

lis jer'atae, id est diphthongi, ex praecedente consonante atque vocali in hunc modum consequente: *ta*, vel *a*, *ja*; *ie*, vel *e*, *je*; *io* vel *o*, *ju*; hanc inquam litterarum affectionem in perscribendis Slavorum nominibus subinde neglectam Graecis nemo succensabit; sed magis admirabitur Constantini Philosophi primi Slavorum Grammatici attentio nem et artem, qui primus congruis linearum characteribus Slavicae linguae sonos ita propemodum descriptis, velut ille, *qui primus citharae sonos nominibus et spatiis distinxit*. Nec mea est haec sententia, sed clari omnino atque illustris Germaniae Poetae, qui alphabeti Cyrillici litteras, quibus tam bene depositum enuntiationis custoditur, ut ne in minimis quidem fallamur, attentius observans dixit: *velut modulis quibusdam musicis hoc alphabetum mihi videtur a Cyrillo linguae indoli coaptatum esse, quam Slavi communi voluptate aurium intelligunt*. Non equidem est hujus loci plena Cyrillici alphabeti expositio, cognitione tamen soni litterarum *duri* et *mollis*, qui characteribus Cyrillicis distincte signatur, heic negligi non potest. *Duri* propria figura est *z* (ꝝꝑ, *Jer.*, *Boh.* *ger*) sequiturque consonantem, quam duro afficit sono. Huic formae subjunctum, in hunc modum *zi*, unum characterem signat, *duram* nimirum vocalem *i*, quam Bohemi ab hoc munere ita nuncupatam describunt per *y*; quia *i* brevi, vel *j* producto elemento *mollis* designatur vocalis, et ab eis tunc *regulariter* ponitur, quando in Slavicis vocibus *u* vel *ü* occurrit; *zi* vero constanter tali consensu redditur per *y*, ut hujus scriptionis regulam *Fratres Conf. Boh.*

ex

ex Cyrillicis Codicibus assumpsisse mihi videantur. Illa *durae a molli* enuntiatione distinctio apud Slavos proprietatis linguae suae observantiores adeo necessaria est, ut ambiguitatibus plurimis detur locus, nisi recta scribendi ratione contineatur: et, vel ipsa recentior laudatum characterem *Jery* (ꙗꙗꙗ, Boh. *gery*) signo molli *si* composita scribendi consuetudo analogiae et veterum MSrum auctoritati contraria est, in quibus *zi* non vero *si* scriptum invenitur, ut Capp. I. et II. Vol. II. adductis monumentorum speciminibus demonstrabo; imo jam hoc series alphabeti Cyrillici characterum innuit: nam post *Jer* *z* ponitur *Jery* (*zi*) consequente *Jer* *к*. Exempla *mollis* enuntiationis in characteribus *ѧ*, *ѡ*, *ѭ*, magis quam in reliquis, et principio vel medio faciliori perceptu, sentiuntur et exponuntur; *ѧѣка*, *djewka*, (*дѣвка*) *puella*; *ѡѡද*, *mjed'*, *měd'*, *aes*; ubi *ѧ* et *ѡ*, eodem molli sono primum causa vocalis *jer'atae*, dein propter *Jer* identidem enuntiantur; sed in vocabulo *ѧѧѡ*, *djed*, *děd*, *avus*, prius *ѧ* propter *к* consequens, sicut in primo exemplo, *molliter* profertur, posterius vero *duriter*, ob sequens *Jer* *duri* soni symbolum: nec enim hoc *durum* *z*, neque illud molle *к* signum vera sunt elementa litterarum; quia solitarie nullum sonum edere valent, sed aliis conjuncta litteris, unde *при-
нáжноглáсна* (*prípréžnoblásná*) id est *conjugati-
m sonantia* signa nuncupantur. Ita quoque laudati *mollis* atque etiam *duri* soni pronuntiatio sentitur in vocibus *ѡѡѡ*, *njedro*, *ně-
dro*, *sinus*; *ѡѡнъ*, *ohn'*, (*ohen'*) *ignis*; *лénz*, *len*, *len*, *linum*; *тѣло*, *tjelo*, *tělo*, *corpus*; *мáсткъ*

мáсть, *mast'*, *maſt̄*, *unguentum*; *свáть*, *swat*,
swat, *pronábus*; *дýнja*, *(dýnē)* *pepo*.

Litterarum *ȝ*, *ȝ*, *o*, *v*, quae cum Graecis eandem potestatem habent, et peregrinorum duntaxat vocabulorum causa a Slavis adhibentur, tertia Byzantini scriptores velut *epenthetica* utuntur in propriis nominibus ex — *slaw* compositis in hunc modum: *ΡοδοσΤλαβος* (*Родославъ*), cet.

Animadversionibus in singulos characteres Byzantinorum Slavo - Graecos propositis, in conjunctione litterarum, seu integris vocibus *obscuratio*, ut vocant, *diplomatica* spectari debet: nam subinde a Byzantinis litterarum *mutatione*, *additione*, *omissione*, *transpositione* signa Slavonica obscurantur, ut infra in specimine vocabulorum Slavicae proprietati redditorum aptiori huic illustrationi loco patebit.

Modum collectioni antiquiorum linguae nostrae vocabulorum ea cum primis de causa methodo formae nominum Slavicorum, et solum specimine quodam serieque antiquitatis pono, ut ostendam veterem hujus linguae *characterem*, qui maxime formis nominum continetur, eundem esse cum litterali; et aliis, cultioribus praesertim, Slavorum dialectis auctoritatem antiquitatis tribuere. Projecto non adeo huic instituto prodest major numerus vocabulorum, quam prosint specimena *τεχνημάτος* nominum; ut, qui noverit hanc *terminationum* sive formarum philosophiam,

phiam, usum atque vim, facilius de indole sermonis judicare valeat. Nec ego tantopere sollicitus heic eram de colligendis nominibus jam intermissis, et quorum vetus aetas interiit; sed magis operam impendi, ut veterum, ob vigorem usus, maxime nova; et novorum, propter analogiam et auctoritatem, maxime vetera repeterem, et mutuum eorundem consensum vindicarem: hujus rei causa exemplis antiquioribus specimina ejusdem formae nominum sequioris aetatis sub-jungo. Conor equidem vocum praecipuarum non tantum *auctoritatem*, verum etiam *significationem*, *usum*, *originem* et *fata* notare; sed non ubique valeo singulis partibus explicandae vocum indoli necessariis satisfacere, sive ob ignorantiam meam, quam ignorare nolo; sive ob speciminis brevitatem, in quo de quaque parte ubique dicere non possum. Iam hoc superest, ut animadvertam: in Slavicis nominibus a Byzantinis scriptoribus memoriae proditis addita frequentius terminatione Graecae consuetudinis, atque in illis declinatione per casus ad Graecum contextum ducta, Slavicam nominis formam atque *τεχνημα* vocis obscurari. Sed rejecta Graecae indolis forma, saepius appetit Slavicae consuetudinis terminatio nominum ita casu recto servata, ut detersa peregrinitate, Slavica vocabuli facies reddatur. Itaque ad promtius cognoscendum quid Slavicae faciei Graecis lineis inductum fuerit, hujus modi voces additione mutatas ita referto, ut Slavonicae majoribus litteris descriptae ipso intuitu differant ab augmendo Graecae terminationis minusculis exarato

§. 3.

*Specimen Slavicae linguae vocabulorum
Saec. VI. usque ad dimidium IX.*

I.

*Formae nominum Slavonicorum in an; — in;
— un; et — ina exeuntium.*

a) ΣκΛΑΒΑΝοι) ScLAVANI) *Procopius Caesariensis et Jordanes locis Capite superiore laudatis, quo hujus vocabuli auctoritatem, significationem, usum, originem et fata exposui, sunt primi certique auctores, quibus prolati nominis memoria sine controversia debetur. Heic itaque superest, ut formae hujus et significatus philosophici, primum quidem communis pluribus regionum, locorum, gentium, personarum nominibus, idoneis consequentium saeculorum exemplis, atque aliarum gentium antiquarum usu similis terminacionis eorundem nominum, antiquitatem et analogiam illustrem. Quantum ego, junctis historiae observationibus grammaticis, conjectura a se qui possum, vetus consuetudo Slavorum familias nominibus a loco ductis distinguendi, usum communem atque originationem illorum formae miro consensu indicat: nam regionis aut loci nomen singulare in — an finitum PAZTOTZAN, ТЕЛIOYTZAN (разточанъ, телючанъ) 28); Borowan, Dolan,*

28) Constantinus Porphyry P. II. de administr. imp. Cap. 30. „Ab Orontio flumine Pagania incipit, et porrigitur usque ad Tzentzinam (Cettinam) et

Dolan, Luczan (Lučan), Zabrußan 29) hanc similium rationem habet, ut mutuando obliquos, quibus in singulari hocce numero non utitur, in eisdem casus cadat, per quos gentilis declinatio nominis in plurali numero ducitur, et sensu tantum non figura vocabuli

H 2

Zupanias tres habet: *Rastotzan*. — Similis originationis nomen simplicius in aliis Slavoniarum partibus, etiam in Bohemia occurrit Rostok (Растокъ), Roztoč; ex praepositione inseparabili *paž* — *pač rož* — *dia dis* —, et *tekš*, fluo derivatum, quo locus a *fluento abeunte in plura brachia* significatur: a *расточаю* vero, *dissipo*, *dispergo* deductum nomen *расточанъ* arbitror else regionis (Zupaniae) nomen, ubi sparsim et rare positis tuguriis incolae habitarunt: nam *raris habitata mapalia tectis* Slavi amabant; unde signa *pagorum protractorum* in Bohemia frequenter occurrunt apud chorographos.

29) Hujus formae nomina locorum Bohemiae ex MS. Cod. Biblioth. Archiep. Prag. inscripto: *Decimae Ecclesiasticae Anni 1384. datae ex omnibus Ecclesiis Boemiae Regni* — edito a Bohuslao Balbino *Miscellaneorum Historic. Bohem. Decad. I. Lib. V. Parochiali et Sacerdotali. Prae-* gae 1683. f. speciminis causa adhuc nonnulla producam: Choczan, Dobrziczan, Duban, Kovvan, Luczan, Metliczan, Modrzan, Podvvorzan, Policzan, Wyſsoczan. — Jam antiquiores Bohemos istius formae nomina cum praepositione *do* casu genitivo numeri plur. construxisse, testis est Dalemilus Capp. 77. et 80.

Đěpoltowa čled do Polan gde

A ſwatému Klimentu do Pořičan wegda.

cabuli differat. Itaque casu *Narrativo* (Bohemii *Localem* vocant) dicturi: *in Borowan*, reddimus Slawice: *w Borowanech* plurali numero, locum intelligentes, quem *Borowanenses* incolunt, cuius nominis rectus singularis est *Borowan*, vel *Borowjanin*, *Borowjenin*, *Borowin*; sicut *Městian* *Městěnīn*, *civis* 30) adhucdum in viridi usu habentur formae nominum eādem cum antiquissimis etiam spectato usu apud distinctam a Slavis, sed primis majorum nostrorum temporibus eisdem vicinam *Armenorum* gentem, cuius *Locale* nomen, quod locum vel rem in loco contentam significat, desinit vel in *an* — vel *in* —, quo etiam referuntur nomina regionum in — *tan* desinentia 31); ut spectatis originatione et usu formarum istarum antiquitatem teneamus: nam terminatio — *in*, ut infra exponam,
ean-

30) Vid. de rebus grammaticis nostra aetate optimè merentis Viri: *Franz Johann Tomsas Vollständiges Wörterbuch der böhmisch-deutsch-und lateinischen Sprache*. Prag. 1791. 8. maj. col. 369.

31) Vid. Cl. Ioach. Schröderi *Thesaur. Ling. Armenicae antiquae et hodiernae* Amstelodami. 1711. 4. Lib. II. Cap. II. *de specie Nominis*. Non puto futurum, ut quis a me in ista comparatione formae nominis *localis* etiam elementum *Re*, quod exitum — *an* (*ran*) praecedit, morose requirat: nam similitudo in praecipua parte, non vero consensus in omnibus litteris desideratur; sed magis opportuno loco specimina profram, quibus Armeni cum Slavis in sermone conveniunt.

eandem significationem genericam nominis locorum atque gentium habet. In hunc modum videntur mihi formis nominum, ut hac Quintiliani X. 2. similitudine utar, velut *signatis animo sedibus* memoria juvari et intellectus; ut plura ejusdem faciei nomina universalis significatu subito sese reddant; et eadem forma facilis agnoscantur in majori vocabulorum varietate. Post primum specimen formae nominum in — *an*, nimirum: *Slavan* (*Slovan*, *слованъ*), observatione grammatica et historica dignum est vocabulum. —

a 2) JOPAN), quod nititur auctoritate diplomatica ex anno DCCLXXVII. deducta, quo *Tassilo II.* Monasterio Cremifanensi *primus privilegium dedit.* 32) Plures equidem Scrip-

32) *Anonymus Cremifanensis Vol. I.* inter Scriptores Rerum Austriacarum, quos Cl. Vir Adrianus Rauch Cler. Reg. Schol. Piar. edidit Vindob. 1793. 4. pag. 165. *Chartam traditionis Thassilonis* vide in Annalibus Cremifanensibus *Simonis Rettenbacher* Ord. S. B. dicti Monasterii Professi. Salisburgi A. 1677. fol. Lib. I. Cap. IX. pag. 25. „Tradimus autem et decaniam Sclavorum cum opere fiscali, seu tributo justo, quod „nobis ante persolvi consueverat. Hos omnes „praedictos Sclavos, qui sub illis actoribus sunt, „qui vocantur Taliub et Sparuna, qui infra „terminum manent, quem conjuravit ille *Jopan*, „qui vocatur Phisso. —“ Haud obscure videotur vocabulum *Jopan* else nomen officii, quo Cl. Dobneri opinio illud potestate appellativi nominis ab Hagecio acceptum fuisse in contextu ad

Scriptores hoc praestans dialecti Slavonicae monumentum conati sunt illustrare; sed nemo illorum, quod sciam, de vera nominis illius lectione originaria, et Slavicae pronunciationis usu antiquiori firmata solicitus erat; quo factum est, ut quidam ex recentioribus nec vetustatem ejus, neque originationem assequuti fuerint. Erit itaque operae pretium, ducto ex diplomate *Thassilonis* initio, per consequentium saeculorum praecipuas aetates et regiones Slavoniarum descripti nominis modum adnotasse; donec ambiguam latinis et graecis characteribus factam descriptionem, et superstes hujus originis nomen loci cujuspam Slavonici, et Cyrillicae litterae ab homine Slavo ad reddendum laudatae vocis depositum adhibitae, publicaeque auctoritatis fidem habente, desideratam restituant orthoepiam. Sed necesse est, ut prius referam recentioris auctoris de patria nostra optime meriti 33) conatus, qui factis

A. Ch. 671. relata, vincitate gentis cognatae, atque temporis non adeo remoti confirmatur melius, quam Presb. Diocleatis, vel Thomae Archidiaconi Spalatensis auctoritatibus.

33) Mox laudati Dobneri ad annum praefatum Annalium Hagecianorum Parte II. pag. 63. et sequ. in illa verba: „*Supan* et *Turesk* fratres „Czecho sanguinis necelitudine juncti, impe- „trata ad colendum Australi plaga, paribus ani- „mis, atque opibus domum sibi ligneam, sta- „bulaque pecori cogendo capacissima in meridi- „em excitarunt.“ Vid. Ejusdem P. I. seu Prodrom. pag. 56. De *Zupanis* Bohemiae Silesiaeque te-

factis animadversionibus in praecedentium
 Scriptorum de hoc nomine opinione, ab il-
 lis in hunc modum recessit: „ Verum quod
 „ad hanc vocem veterem Slavicam attinet,
 „minus verosimilis mihi videtur illa etymo-
 „logia, quam Ioannes Lucius, ac ex eo
 „Anselmus Bandurius, atque Carolus Du-
 „fresne profert, contendens vocem *Zupanus*
 „seu *Supanus* derivari a *Zupa* seu *Zupania*,
 „quod Slavice regionem aliquam habitatam
 „connotet. Nam meo quidem judicio, con-
 „trarium prorsus sentiendum est, *Zupasque*
 „seu *Zupanias* a *Zupanis* nomen suum traxi-
 „se; nam qua radice Slavica id oriatur, ut
 „*Zupa* habitatam terram significet, nuspia re-
 „perio. Certum autem est *Zupanias* dictas eas
 „regiones, quae e Slavico Magistratu senato-
 „rem (illis *Zupan* dictum) habebant, qui de-
 „pendenter a seniorum seu senatorum cete-
 „rorum consilio res subjectae sibi regionis
 „procurabat. Atque ut verior hujus vocis e-
 „tymologia detegatur, ea composita est,
 „non simplex, ut supra memorati authores
 „sensere, scilicet ex praepositione *Slavica*
 „*Zu* — et substantivo — *pan*. Certum vero est:
 „*Pan* Slavis, majoribusque nostris signifi-
 „casse

stimonia. *Zupae Cadanensis* meminit antiquis-
 sum MS. apud Balbinum Decad. I. L. 8. P.
 1. ut extra dubium sit, olim Bohemiam in *Zu-*
panias seu *Zupas* divisam fuisse, quae diutius
 apud nos perstiterunt, licet *Stranskius* jam *Czu-*
das vocet, quod ad posteriora et *Caroli IV.*
 tempora Dobnerus referendum ait, cum regio-
 num *Czudarii* seu *Iudices* constituti sunt.

„casse majorem dominum.“ Tandem ad etymologiae hujus expositionem subjungit : „*Zu* seu *žu*, ut jam ante innuimus praepositiō Slavica est, significans *cum* seu *con*, quam „hodie Dalmatae mutata vocali *u* in *a* ſza „enunciant ſcribuntque, Poloni per litt. *ż* „noſtri plerumque per *s* exprimunt, unde „*Zupan* Slavica connotatione nihil aliud significabat, quam *Con — dominum* seu senatorrem reipublicae — “. Tota hujus etymologiae ratio ſola opinione nititur, quod littera *s*, cuius loco antiquiora etiam Bohemicae dialecti monimenta z scriptum habent, in producto a Graecis et Latinis scriptoribus nomine *Ζυπανος*, *Zupanus*, *Supanus* vim et potestatem Slavonici elementi τλօβο (č) omnino custodiat. Verum non praefatam vim litterae *cz*, praepositionem *cum* seu *con* significantis, primum vocis *Zupan* vel *Supan* elementum in se continet, sed alterius distincti elementi Slavorum ζιηεκτε nuncupati (ž=ž) propriam potestatem signat. Sed nec *ža*, neque *žo*, vel *žg* quidquam Slavis significat; bene vero *že*=že, non praepositio sed conjunctio, qua Graecorum ἀε, γε redditur, et non ſolum ſono ac potestate, verum etiam forma characteris propemodum convenit cum Coptica particula ζε e. g. II. Tim. II. 23. Δε αδχπε μιψε — že plodi ſwáry — quia pugnas generant; ubi Bohemica versione ostenditur ille consensus ſoni ac potestatis melius quam litterali Slavonica, quae pro *že* habet τλω. Nihil itaque ex particulis ab *ž*, *ž*, vel ē inchoatis in defensionem compositae vocis adduci potest.

Ad primam nominis JOPAN memoriam a Thassilone II. Saeculo VIII., prolatam si curatius attendamus, jam illius vera enuntiatio, licet alienis characteribus vox descripta sit, tamen et sono Slavis proprio et forma cognoscitur: Francorum enim enuntiationis consuetudine idem valet, quod postea propriis litterarum formis signatum nomen ΣΟΠΑΝΖ reddere consuevit. Nec mirum sit, apud Bohemos *Sopan* et *Supan* formulas usitatas, fuisse: nam quod attinet ad primum elementum, Saeculo XIII., ut constat ex *Fragmento Passionalis* Biblioth. Palat. Vindobon. littera s, (constanter hac forma non vero ista f.) vim habebat Cyrillici *, e. g.
Se (**e*) yu cazal rozsiežaty

Vocalis autem o in illis nominibus ubi nunc ū = 8 scribitur, antiquior est; ut Boh Dei nomen testatur, quod antiquissima dialecto litterali adhucdum Korz scribitur; sed cum titulo honoris Ež quando veri Dei notionem habet.

Saeculo IX. in diplomate *Tirpimiri* Dux Croatorum 34) inter tredecim testes sex Zuppani occurrunt, quorum nomina in hunc modum subscripta sunt, exempli causa testis primi: *Signum manu Comicini Zuppano Testis*; et in contextu litterarum ipse Dux profitetur: *meis cum omnibus Zuppanis construxi*

34) Apud I. Lucium L. II. Cap. II. pag. 61 et seq. A. Chr. 838. ut Lucius ex inscriptione atque Indictione collegit.

xi Monasterium. Anno DCCCXCII. Testes, qui Muncimiri Ducis 35) diplomi subscripti, nomen Jupani vocabulis Palatini, Cavallarii, (Caballarii) Camerarii, cet. ita circumscribunt, ut illo dignitates officiorum aulicorum intelligantur: identidem in diplome Friderici Bohemiae Ducis Saeculo XII. 36) subscripti post Cancellarium Suppani nominantur: Camerarius, Iudex, Dapifer, Pincerna et Castellani.

Saeculo X. Constantinus Porphyr. P. II. Cap. 29. nominis laudati usum apud Serbos, Zachlumitas, Terbuniotas, Canalitas, Diocletianos, et Paganos, quemadmodum etiam apud reliquos Slavorum populos velut ex suis non alienis legibus ductum retinuit; et non simpliciter Zupanos, sed Ζουπανος γερωντας appellavit, quo denominationis genere puto Imperatorem voluisse vim propriam vocabuli prioris, consequente alio nomine antiquiori *senum (STAROSTARUM)* circumscribere, ut *Regionarios Praefectos* ab singularium familiarum Praefectis distingueret. Frustra enim hoc alterum nomen adponeretur ab Imperatore Slavorum linguae gnaro, si vocabulum Zupani per sese *moderatoris* cuiuspiam, *senatoris* aut *CONDOMINI* significatum haberet; sed quia Zupan ejusdem radicis et potestatis nomen cum *regione habitata* proprie

35) Vid. Cl. Danielis Farlati S. J. *Illyrici Sacri.*

Tom. III. Venetiis 1765. f. pag. 82. et seq.

36) Apud Fl. Hammerschmid in *Gloria Wissehrdensi.*

prie atque primario *regionarium* hominem significat, sicut ROSTOCZAN regionis ita nuncupatae signum est, ac nominis ejusdem regionis incolam signat, Constantinus Slavonicam loquendi consuetudinem Graecis vocibus reddidit, et significantius denominavit.

Saeculis XI, XII, et XIII. idem Zupaniarum et Zupanorum nomen non solum apud Slavorum stirpes supra laudatas, verum etiam apud vicinos Bohemiae Sorabos ita fuit in usu, ut sola provincia Misnensis in XVI Zupanias 37) divisa etiam Germanis dudum Misniam obtinentibus manserit, donec anno demum MDLIII. haec divisio aboleretur. Nihil tamen certi ad veram primae litterae Zupaniarum nominis enuntiationem ob ambiguum litterarum Z. et S. usum ad A. usque MCCXXXVIII. invenire potui; sed hoc tempore datae Gregorii 38) P. IX. litterae Magistro Hospitalis S. Francisci Pragensis, ejusque Fratribus, quibus Pontifex confirmat Ordinem Canonicum, Possessiones, cetera; et collatio nominis Bohemica loci adhucdum persistentis cum eodem Gregorii latinis characteribus

37) Misnicarum Zupaniarum indicem dedit Cl. Schoettgenius — *Nachlese zur Historie von Ober-sachsen* P. I. pag. 222. —

38) Vid. ejusdem Incliti *Ordinis Crucigerorum cum Rubea Stella* Cl. Viri atque de lingua patria optime meriti Scriptoris Johannis Beczkowsky Parte I. pag. 386. et seq. Historiae suae rerum Bohemicarum inscriptae: *Poselkyně Starýč Přiběhův Českýč* — Pragae A. 1700. f.

ribus perscripto, in certam vocis Župan,
 (Жупанъ) pro Zupan vel Supan, enuntiationem me induxerunt. Pericopa litterarum ubi Pontifex confirmat laudati *Hospitalis* posses-siones, est ista: „Villam Boroticz cum omni-
 „bus Villis ad ipsam pertinentibus videlicet
 „SUPANOVICZE et DRAHOTESSICE — “ Has
 Grégorii IX. litteras *Beczkowsky* patria dia-
 lecto reddens, optimeque gnarus orthoepiae
 nominis laudatae Villae *adhucdum persisten-
 tis* 39), hanc Županowjce appellat, (Жупано-
 вицę); ut perenne testimonium hujus enun-
 tiationis a vocabulo Жупанъ derivatae in du-
 bium vocari non possit. Sed neque istis cha-
 racteribus Cyrillicis, linguae nostrae sonos
 melius custodientibus, perscriptum nomen
 veteri auctoritate destituitur: nititur enim fi-
 de *Z'upani Chan'ss' Biehner' de Brassovia* (no-
 men est civitatis *Coronae* in Transilvania
Germanis Cronstadt nuncupatae), qui Codicem Slavonicum, dialecto litterali seu Eccle-
 siastica, litteris Cyrillicis, quatuor Evange-
 liorum (Четверо Евангелии) scripsit, hoc est
 edidit, ut cognoscitur e subscriptione, cuius
 interim praecipuam partem heic adducam,
Volumine vero IV. Cap. XIX. recensionem hi-
 storico-criticam dabo, quam Reverendissimus
 Illustris. ac Excellentiss. D. Andreas Baćsin-
 szky Slavo-Graeci Ritus Unitorum Episcopus
 Mun-

39) Nam pag. 390. scribens de donatione *Constan-
 tiae* Regiae Przemyslai Ottocari Regis Boh.
 uxor, filiae Belae III. Ungariae Regis, istis
 verbis utitur: дослават творажичи памѧтку учзи-
 nilа — et iterum nomen Županowjce refert.

Munkacsiensis mecum benigne communicavit: азъ Жупанъ Чаньшъ вѣгнѣръ ѿбрашевъ Х — написахъ сїл дѣшѣ спіца книгъ четверо вѣго вѣстіе — *Ego Z'upan Chan's' Biehner' de Brassovia scripsi hunc salvificum librum Tetraevangelium.* — Quod vero in praesentiarum scripsisse idem sit, ac typis perscripsisse, hac ratione inducor: adhuc circa dimidium saeculi XVI. verbo спіати, conscribere, pro typis prescribere. Vincentius filius Ducis Theodori Bukowik in editione Psalterii utens ait, *se Venetiis operose contendisse, ut formas (litterarum) constitueret, съставитъ форми, quae placerent omnibus legentibus;* et postea subjugit: *и спіахъ, et conscripsi hunc animae utillem librum Psalterium.* Sed, quia non est hujus loci criticum examen antiquarum editiorum Slavonicarum, quo annus et locus editi Codicis Evangeliorum detegatur; tamen ad incunabula typographiae hunc accedere, monumentumque praestans esse antiquitatis vel ob istas rationes conjicio, quae huic libro insunt: *commutatio nimirum litterarum, praesertim vocalium, diphthongorum, et affixarum, ut in aliis veteribus, ita in hoc Codice frequentissima; puncti loco signum quadratum quod omnes fere interpunctiones explet;* *comma Latinis usitatum rariissime positum, nulla divisio in Capita, numerus paginarum nullus;* longe rudiores et majores litterarum formae ac in aliis veteribus libris occurrunt, e. g. 40) in

ЧА-

40) *Horologium, sive ordo nocturnus et diurnus, continens in se officium Monasterii Ierosolymitanii S. Patris nostri Sabae hac inscriptione intelligitur.*

Часословецъ Cracoviae A. 1491. typis Cyrillicis edito per Schwanpoltum Pheol (Шванполтом фѣоль) Civem Cracoviensem gente Germanum; cuius exemplar in Biblioth. Episcopali Muncaciensi exstat. Dilato igitur, Codicis antiquioris specimina incunabuli typographiae Slavicae praeseferentis, critico examine, solius nominis Жупанъ rationem heic pensi habeo, cuius orthographia, cum illo Bohemicae villae vocabulo Županowjce comparata, tanto majorem primae Slavorum enuntiationis auctoritatem habet, quo magis constat, Bohemos cum primis gentem Slavicam esse; et Carpaticos montes, quorum in vicinia nomen Жупанъ certa populari enuntiatione scriptum est, ad antiquissimam, ut ita loquar, Slavorum Z'upaniam pertinere novimus.

Itaque ex ambigua scriptione nominis *Zupan* vel *Supan*; *Jopan* vel *Supan*, in certam Slavonici oris vocem Жупанъ, Župan, certis rationum momentis eluctatus, de usu istius vocabuli apud universam Slavorum gentem hoc discrimen observavi: Russis illud vix populari usu cognitum fuisse, aut civitate donatum; quod vel inde deduco, quia Illustris. Vir Basilius Nikiticz Tatiщew suae Hist. Russ. P. II. Cap. 45. §. 12. agens de titulis antiquorum imperantium et praefectorum Slavicae genti, nomen Z'upani ex Maurourbino non protulisset velut parum sibi notum, si hoc veterum Russiae Scriptorum auctoritate comprobatum, quos equidem ille legerit, in contextu tali significatu invenisset, qualem apud alias laudatae Slavorum

vorum originis gentes observavimus. Projecto nec in lexicis linguae litteralis, neque in aliis dialecti Russorum vulgaris, quibus ego usus sum, vox illa ~~Χρηστός~~ invenitur: sed isto lexicorum defectu nihil contra vocabuli auctoritatem induci potest, quum in his (Slavica litteralis dialecti lexica intelligo) complura Scripturarum SS. vocabula Slavonicae veteris auctoritatis desiderentur, ut alibi opportuno loco exemplis demonstrabo. Sufficiat itaque diplomaticis rationibus probavisse hujus vocabuli usum e Saeculo VIII. deductum, apud Slavos Norici ripensis, aliasque supra laudatas ejusdem Slavicae originis nationes omnino ita viguisse, ut mihi videar communionem vocis laudatae universae Slavorum genti justis rationibus asseruisse. Nec obest ignorantia primae originationis: quis enim ignorat exempla vocum unico tantum nominis substantivi usu auctoritatem obtinentium, quin alia orationis parte proferantur. Sed proferam specimen similis vocabuli: Si quis nostrorum popularium nomen substantivum *osnowa* solo praesenti usu et Lexicorum Bohemicorum auctoritate confusus, qua radice Slavica id oriatur, ut *stamen* significet, ideo notationem illius inveniri non posse arbitraretur, quod solum hoc nomen recentiores Grammatici Bohemi, nullamque aliam ejusdem originis partem orationis in sua Lexica intulerint; nae is multum sua opinione falleretur. Nam ejusdem originis verbo veteres Bohemi usi sunt, et in dialecto litterali tribus nominum speciebus, nimirum *ѡснова*, *ѡснованіе*, *ѡснователъ* et verbo *ѡсновы* adhucdum Slavi utuntur.

tur. Quod ad nos attinet, Dalemilus *Przemyslaum Ottocarum* suam dignitatem regiam coronatione *firmantem* descripturus, verbum *osnowati* translata significatione in hunc modum Cap. 81. adhibuit:

Pał se knjže korunowal

A tjm wſſi swau čest osnowal.

Eodem verbo usus est Interpres Bohemus praefationis S. Hieronymi in Isaiam, quae in membraneo insigni Codice Bibliorum Bohemicorum utriusque Testamenti *Z'erotiniano* Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Nro. 821. MS. continetur. Nescio qua ratione hujus verbi aetas apud nos interierit, cuius primaria significatio est; *intendere stamina jugo seu liciatorio*; altera vero illustri translatione, vel actioni novarum rerum, vel firmitati aut fundationi earundem significandae ita coaptata est, ut vellem, verbum hoc apud nos renasceretur, quod jam ceciderat; imo etiam illae species nominum pristino usui restituerentur, quorum tam facilis est perceptio, ut, qui primi nominis significatum noverit, aliorum duorum: *osnowanj*, *osnowatel*, et verbi *osnowugj* sensum noverit. Non possum heic descendere in originationis fontes definiendos, modumque Slavicae notationis verborum philologicice describere non valeo: partim illud amicus meus Dobrowsky jam praestitit, et formato *de originibus linguae Slavicae* orsu, aliis 41) viam pa-

41) Dissertatione Germanica: *Ueber den Ursprung und die Bildung der slawischen und insbesondere*

paravit, qua ulterius progredi valeant, et bene mereri de Slavonicis litteris ad cultum patriae dialecti, cum primis antiquorum monumentorum cognitionem, omnino necessariis. Itaque intra grammaticam originatem eo sensu heic me contineo, ut partes illas nominum et verborum simplices pro radicibus habeam, quae rejectis vel in initio, vel in fine, vel etiam in medio, litteris ad flexionem et derivatorum formationem pertinentibus, in analysi remanent, et *una tantum syllaba* constant observante Dobrowskyo; licet hujus syllabae radicalis rationem reddere nequeam, quae heic secunda classe radicum Slavonicarum 42) continetur. Quis enim valet omnes rerum eventus mente assequi, aut singularem alterius animi perceptionis modum cognoscere, quo fuerit auctor inductus, ut notionem *regionis habitatae*, aut *regionarii praefecti* sono *8n - cum forma nominis - ~~ANZ~~ colligato signaret? nam terminationem hanc ad primitivam vocem non pertinere, collatio plurium ejusdem formae, et philosophici nominum significatus analogia demonstrat. Quam ob rem vocabulum *Pan* posterius membrum nominis laudati *Su-pan* esse nequit; nec ego illud Slavicae originationi asserere valerem, quod majores nostri

der böhmischen Sprache — praefixa Lexico Francisci I. Tomsae jam supra laudato.

42) Vid. §. 4. laudatae Disser. Dobrow. ubi de radicibus Slavonicis agitur, quae duabus litteris consonantibus et media inter has vocali consti- tuuntur. Conferatur quoque §. 2.

Tom. I.

I

a *Gothis* mihi videntur serius accepisse: istis enim jam Saeculo IV. **FAN**, vel **FANA**, 43) vocabulo, **DOMINUS** significabatur. Sed constat Slavos, maxime Bohemos litteram **F**, quae initium dat vocibus Latinis atque Germanicis, commutare cum **P**, vel **B**, aut **W**; exempli causa **FLAMMA** ($\phi\lambda\omega\xi$) die *Flamme*, Slavis est **ПЛАМЕНЬ**, plamen', (plamen); faba vero nobis dicitur **боязь** bob; **Farbe** — **барва** 44) **FAN** — **Pán**, cuius vocis usum a *Gothis* deductum non solum antiquioris auctoritatis causa, verum etiam ob diversitatem Slavici moris (quem ego cum potestate nominis laudati componere non possum) primae majorum nostrorum memoriae, malui asseverare.

α. 3) Non solis *regionum* et *locorum habitatorum*, gentium et loci *incolarum* nominibus, verum etiam singulari personarum cognomento vel agnominis haec forma vocabulorum in — **AN** exeuntium communis erat: nam in *Annalibus et historia Francorum* ad Annum **DCCLXXXIX.** occurrit nomen **VILZAN**, Soraborum et Abotritorum (Obotritorum) Principis; ad Annum vero

43) Confer *Ulphilae Versionem Gothicam* — quam una cum variis variae litteraturae monumentis hucusque ineditis eruit, commentatus est deditque *foras* *Franciscus Antonius Knittel Metropol. Ecclesiae apud Guelpherbytanos Archidionconus. Guelpherbyti.* 4. (1761) cum XII. Tabulis.

44) Vid. Dobrowsky *Hist. L. Bohem.* pag. 9.

vero DCCCLXXII. 45) quatuor *Slavorum Duces* nominibus laudatae formae appellati referuntur: ZVENTISLAN, WICISLAN, HERIMAN — — MYSLAN. Nostri quoque Scriptores ad Annum DCCCXXIX, et consequentibus frequenter producunt nomen NEKLAN *Krzejomysli* Ducis filii, 46) qui postea patris dignitatem obtinuit. Dobnerus P. II. Annall. Hagecianorum pag. 506. ex MS. Schleinicci vocis hujus retulit etymologiam, quae Slavo-Teutonicae foret originationis, si equidem argumento sufficienti niteretur: videbatur enim Episcopo, illud nomen *Neklan* a Bohemis impositum fuisse *ad retundendam Germanorum cavillationem*, qui illum ob corporis brevitatem Klan seu Klein appellaverint, quasi jam dicerent non parvum fuisse. Sed Dobnero ridicula visa est haec etymologia; quam ob rem aliam connotationem nominis *Neklan* invenire conatus est, compositae voci e praepositione *ne* et *klan'*, non adora, innixam: Arbitrabatur enim Dobnerus, „*fortassis mystico sensu hoc ei nomen seu a parentibus, seu populo inditum, ut ei perpetuo monumento esset, ne is ad adorandum Christum accederet, quod tum vel maxime Slavi ob aliorum exemplum de ducibus suis ethnicis metuebant.*“ Melior equidem mihi videtur esse originatio Dobneri, quam sit illa Schleinicci; in medio tamen et illam relinqu; quanquam non dubitem compositum esse il-

I 2

lud

45) Editionis Paris. 1588. fol. 109.

46) Conferatur P. II. et III. Dobueri Annall. Hagecianorum.

lud nomen ex particula *ne*, et *klan*. Apud *Etruscos* illud vocabulum **CLAN** nominis appellativi vim habuisse in hunc modum Cl. Ioh. Chr. Amadutius *Graecarum Litterarum Professor in Archigymnasio Rom. Sapientiae* 47) me docet: „**CLAN**, Natus, filius. Id ex „Tegulis Buccelianis superius ostendimus in „Alphabete §. XII. — qui tamen ad matrem „ut *Etruscorum* mos erat, referatur.“ Ad matrem quoque *Neklan* nominis istius originationem historiae subsidio referre malo, quae hujus natu majoris filii, alteriusque minoris *Nebihost* nuncupati deductione *Radossinium* vastissimi ambitus castrum, ubi sub cura familiaris liberti *Swietlonis* uterque educaretur, perquam invita, cum ab obstinatissimae sententiae marito revocationem charissimorum pignorum precibus extundere non posset, velut perditos marito proponebat, eum ad revocationem istam nocturnis terroribus, et narrato insomnio inducens. Quid igitur mirum, si mater cognomentum natu majoris *filii* negatione praefixa mutavit amoris aequa ac doloris significandi causa? ut perditio filii nomine *Neklan* (*non filius*) notaretur. Non equidem scio, an vocabulum **CLAN** etiam Pelasgicum sit; quod linguam Pelasgam ex *Etrusca* profectam laudatus Amadutius doceat; illud tamen mihi notum est, veterum linguarum scrutatores desiderio

47) Sui operis inscripti: *Alphabetum Veterum Etruscorum secundis curis illustratum et auctum.* Romae 1775. f. pag. **LI.** et Lexic. Voc. *Etrusc. vocab. Clan.*

rio teneri, ut Pelasgicis verborum monimentis, quidquid eorum inveniri potest, Slavica dialectus illustretur. Profecto notae sunt memoriae, quas de Slavis Peloponnesi Thematis retulit Constantinus Porphy. Cap. 50. quamquam necdum illustratae mihi videantur, maxime quod ad *Sclabisianos* attinet in Thema illud irruentes, quorum adventum Michael Imper. veritus ne *Sclavis* conjuncti omnino eum Themate Peloponnesi exuerent, auream illis bullam dedit. Sed intermissa etiam disquisitione in supra laudatae vocis *Cian* usum apud Pelasgos, ne cuiquam videatur minus conveniens linguae Slavicae cum Etrusca comparatio! quum etiam in quibusdam eorum formis altera sit alterius ita similior, ut quis arbitretur se nomina Slavonica legere, qui Etruscorum ista heic pro specimine cum Slavorum *formis tantum* collata legerit

N O M I N A

ETRUSCA.

IVIESKANE. Tribus populi Ikuvini.

PRESTOTA. Epithetum dei Praestitis.

KUPLAK. Duplex.

SLAVONICA.

РУМДАНІС, Rjmane,
Romani.

ЧИСТОТА, Cistota,
castitas, mundities.

ОБЛАКЪ, Oblak, nubes; et complura hujus formae in fine productae — аѣ no-
mi-

ESUMEK. Sumen
pars victimae.

HABINA. Idem quod
Abina, Latinis
Hambegna, victima
inter duas victimas
minores.

MLETINAR. Mili-
tia.

RUBINE. Dea Rubi-
ga.

SEDMENIER. Attri-
butum Magistratus.
48)

mina Bohemica, e.
g. *Sédlák*, rusticus.
Synek, (*Gzinókz*) fili-
olus.

нижина, *Vlžina*, de-
pressio, locus de-
missus.

ГОСПОДÁРЬ, *Hospo-*
dář, dominator, pa-
ter familias, herus

Bohyně, dea.

Sedm mier, *septem*
mensurae.

Jam in hoc passim Viri eruditi conveniunt 49), multa vocabulorum monimenta, quae Etruscis adnumerantur, antiquae latinitatis esse: sed hujus dialecti antiquioris verbum ESUM superiori Cap. cum Slavonicō ेम्ब certis auctoritatibus jam comparavi; imo probare possum etiam radicem perditam

48) Has voces excerpti ex laudato Lexico Vocabum Etruscarum, quae antiquorum Scriptorum, et monumentorum auctoritate nituntur.

49) Confer. *Sammlung antiquarischer Aufsätze von Chr. G. Heyne.* 1. Stük Leipz. 1778. pag. 53. Not. 2) ubi Commentar. Soc. Gotting. Tom. IV. P. II. pag. 82. identidem laudantur.

tam verbi *dissipo* in Bohemica lingua simplicitate sua usum adhucdum obtinere: dicimus enim *sypati* (*sipare*) *fundere*, de solidis rebus loquendo; *rozsypati*, (*dissipare*,) aut *profundere*; igitur non sine causa sufficiente descendit hoc loco in illam etymologiae Slavici et Etrusci nominis *Clan* tenuitatem, qua, nisi mea opinione fallor, antiquario volenti Slavorum linguam comparare cum Latina, apparebit necessitas in veteris Latii glossemata inquirendi. Sed satis de hac *forma* nominum — *an*, prout equidem apud antiquos Scriptores occurrunt significatu recensito, reliquas ordiamur formas.

β) ΔΟΛΕΒΙΝ) Procopius Caesarien. Lib. IV. de Aedificiis Justiniani Imp. Cap. IV. casu recto protulit castellum hoc in Epiro situm. Item aliud ΠΕΤΡΙΖΗΝ in Macedonia. Cap. XI. inter castella Thraciae ΖΔΕΒΡΙΝ. Intermissa utriusque prioris nominis disquisitione, quorum illud DOLEWIN non caret exemplo Bohemici nominis loci LEWIN appellati in MS. Decimarum Ecclesiastum Bohem. supra Not. 29. laudato; alterum vero, id est PETRICZIN, minus difficultatis continet; tertii nominis, nimirum ZDEBRIN, derivationem ad analysin revocemus. Videatur mihi nomen istud constare praepositione изъ, seu ȝ, de vel ex, et substantivo nomine ΔΕΒΡЬ 50) (debr') Silva, adscita terminatio-
ne

50) Conferatur ДЕБРИКОНЪ ТРЕАЗЫЧНЫЙ, hoc est: Dictionarium trilingue, sive Dictionum Slavoniarum Graecarum et Latinarum thesaurus ex

ne — in, formae nominis locum habitatum significantis, indeque patriae ac genti signandae, nec non in adjectivis nominibus possessivo significati coaptatae. Hac itaque ratione Z-DEBR'IN (ЗДЕБРИНЪ) facti *e silva* loci habitati notionem signat, cuius memoriam inter

variis antiquis ac recentioribus libris collectus, et juxta Slavonicum alphabetum in ordinem dispositus. Moscuae A. Chr. 1704. Mense Decembri. Opera Rectoris Typographiae Mosquensis Theodori Polycarpi (Полѣкарпова), in 4. folio ꙗ. ΔΕБРЬ, αλσος, *sylva*. Si hoc vocabulum usu Graeco veterum auctorum, atque etiam consuetudine Sacrarum Scripturarum expendatur, *omnis locus arboribus consitus, aquam habens, et diis consecratus, αλσος vocatur*, observante Scholiaste ad Il. β' v. 506. Debrin itaque antiquioribus Slavis facile talem locum significaverit; constat enim hos paganis ritibus addictos lucum, nemus, et saltum subinde diis consecrasse. Contuli quaedam Sacrae Scripturae loca tertiae Mosquensis editionis quaerens, in quem modum τα αλση Exodi XXXIV, 13. recentiores reddiderint editores; sed laudatam quidem vocem ΔΕБРЬ non inveni loco citato, neque I. Reg. VIII, 3. XII, 19; reperi tamen ΔЕБРАВъ vocabulum ejusdem cum ΔЕБРЬ significationis, et consensus in primis tribus litteris consonantibus: diversitas enim vocalium non obstat, ut patet exemplo prioris vocabuli, cuius in Lexico Theodori rectus numeri singularis casus est ΔЕБРОВА, heic vero ΔЕБРАВъ, unde nobis plura Bohemiae loca Dubrawice (Daubrawice) dicuntur. Conf. Biel. Nov. Thesaur. Philolog. voc. αλσος.

ter castella Thraciae Procopius Caesar. servavit. Slavonicis porro locis habitatis communem esse istam nominis formam operae pretium fuerit brevi specimine in Msto. *Decimorum Ecclesiar. Bohemiae collecto* comprobasse; sed observato discrimine quodam inter nomina quae simplicem habent *terminationem syllabae — in*; et alia, quae desinunt in — *tin*, vel potius *tyn*. Istorum exempla et communem eorum etymologiam sequente membro (β 2) proferam; prioris formulae haec nomina selegi: BOHUSSIN, GDIN, DOBENIN, LEVVIN, MALSSIN, PIECZIN, PRAVNONIN, ROKOSSIN, SEBIN, SRPIN, WLEMYN. Ejusdem formae sunt nomina, quibus viri patriam vel gentem profitentur e. g. РИМЛЯНИНъ, ДОВАНИНъ, Romanus, Leopolitanus; Rusyn, vel Russenin, 51).

* β 2.) — TYN) — ТЫНъ) — Tyn).
 Prius quam hujus formae auctoritatem et causas historice atque philologice exponam, quia monimentum moris antiquissimi et communis universae propemodum Slavorum gentis in se continet, ac ingenium compositi laudatae formae nominis perspicue illustrat, ut videamus *terminationem* illius originaria voce contineri, qua *septum*, *sepes*, *sepimentum* significatur; necessariam esse puto animadversionem potestatis *propriae diphthongi Slavorum* 21 (и) Jery, quam Bohemi post restitutam a Fratribus Conf. Boh. orthographiam constanter per γ describunt, quaeque illis i durum dicitur, ut jam supra in expositione alphabeti

re-

51) Vid. Dalemili locum laudatum pag. 17.

relatum est. Sed sono suae potestatis vix dignoscitur ab *i* molli laudatum *Jery*; nec tam orthoepia (nisi litterarum *d*, *n*, *t*, concursu quarum sonus ille durus a molliori distinctus prae ceteris consonantibus clarius percipitur) orthographiam adjuvat, quam etymologiae notitia, et collatio cum dialecto litterali Slavorum nostrae orationis partium. Quamquam veteri usu, imo partim adhuc dum vigente, naturam illius diptongi Slavicae *zī=y* agnoscere valeamus, quae apud Bohemos subinde magis 52) ex Polonorum

con-

52) De litterarum *i* et *y* enuntiatione Polonica in hunc modum scripsit *Franciscus Mesgnien Lotharingus*: „*i* semper vocalis sonum retinet. Diligenter autem in pronuntiando distinguenda est ab *y*, nisi saepissime impingere, vocabulorum significationem confundere, interdum etiam ridiculus esse velis. Pronunciatur autem *i* apte ut apud nostrates; *y* vero medium sonum inter *e* et *i* obtinet, Germanis non admodum pronunciatur difficilem, effertur enim ut prima in dictione *vbel*, sed Gallis aliisque Nationibus mea sententia difficillimum; sic tamen facile ejus prolationi assuesces, si volens id pronunciare a dentibus linguam paulo removeris, sic enim recte *y* pronunciabis; *i* vero nequam etiamsi velis, poteris, quod usu melius quam praeceptis comparabis. Exempla: — *bil*, *percussit*, *byl*, *fuit*. “ Caramanus Archiepisc. Jadren. in expositione Alphabeti Slavonici scripsit: „*bī* valet *i*, cuius sonum valde gravem Ruthenorum loquela manifestum facit. Dalmatae in omnibus obliquis casibus, excepto ablativo

consuetudine, quam Russorum potestate vim enuntiationis obtinet; ut non tam complexum ex *u* et *i* sonum, quam inter *e* et *y* medium, vel potius conjunctum diphthongo habeat, et identidem perscribatur. Nec enim vulgaris pronuntiatio solius nominativi singu-

„multitudinis secundae declinationis, efferunt per „*e* magnum in ultimis syllabis tantum — “ Hujus enuntiationis sonus (non vero regula quando per *e* enuntiandum sit Slavonicum *u*) si Bohemorum veteri modo scribendi, atque praesentis aevi consuetudine proferendi conferatur, animadvertisimus: in fine personae numeri pluralis primae, verbi gratia *čemys sumus*, laudatum Jery (*u*) majores nostros per *y* scripsisse, maxime dum hoc verbo ut auxiliari utimur, quod nunc characteris *e* apud nos potestatem habet, nec amplius illa Slavicae dialecti formula *y = u* perscribitur. Exempli causa: veteres Bohemi Matth. II, 2. verba: *vidimus — venimus*, redididerunt in *Evangeliaro Vindobonensi Msto*: *wydyelysny — przystysny*; quae nunc et scribimus et enuntiamus: *widělisne — přigelisne*. Sed alio aptiori loco, nimirum Cap. VII. Vol. II. discrimen inter Slavicam dialectum litteralem, et inter Bohemicam recentiorem, quod attinet ad hanc philologiae particulam, exemplorum diversitate significantius exponam. *Grammatica*, seu *Institutio Polonicae Linguae*, in qua *Etymologia*, *Syntaxis*, et *reliquae partes omnes exacte tractantur* Authore Francisco Mesgnien Lotharingo, edita est Dantisci A. 1649. 8. cuius pag. 4^{ta} et sequenti continentur supra laudata Merinskii verba.

gularis masculini generis *adjectivorum* nominum *constructorum*; verum etiam in litterali Bohemorum sermone ab eadem radice, qua ille character Slavonicus *zi* = *y* continetur derivatarum quarundam substantivi nominis specierum, imo etiam verborum enuntiatione, laudatam potestatem testantur; exempli causa: *swatý* (святый) vulgariter profertur *swatey* 53) *sanctus*; *пзіхъ* etiam litterali usu scribitur *peycha*, *superbia*; vel *pyssnost*; *кѹзю*, *кrygi*, *operio*, *покрýнте ны*. Luc. XXIII. 30. *přikreyte nás*. Huc accedit ille ambiguus proprios linguae Slavorum sonos latinis characteribus scribendi modus, imo vel ipsiusmet proprii characteris *zi* in *u* demutatio apud Ruthenos; apud Bohemos vero tam incerta commutatio alterutrius *i* vel *y*, ut *anonymus editor rudimentorum linguae Slavicae* 54), cha-

53) Discrimen haud parvum esse inter vulgarem loquendi modum, et illud genus dicendi, quo Bohemici Scriptores idonei utuntur, infra Cap. VIII. ostendere conabor; ubi etiam hujus enuntiationis *swatey* antiquitatem Bohemicam exemplis Msti Evangeliarii Antiquiss. Vindob. probabo.

54) Rudimentorum Anonymi Nissensis inscriptio ista est: *Exemplar characteris Moscovitico - Ruthenico duplicitis Biblici et Usualis. Cum licentia Superiorum Nissae, Typis Christophori Lertz, Civitatis Typographi. M. DC. XC. in 4^{to} fol. 15.* Auctorem hujus opusculi a loco editionis *Anonymum Nissensem appello*, qui A. 1686. *ex clementissima, ut ipse in praefatione scripsit, Caesareae Majestatis resolutione, et voluntate*

characterem ы, eundem esse cum и molli existimaverit, ejus forma, ut puto, inductus, quae molle signum & praesefert. Hac igitur observatione pensi habita, forma nominum in — TYN desinentium, quae frequentius molli littera I pro Y scripta invenitur in Codice Decim. saepius laudato, videtur mihi passim eadem esse cum *terminatione* — TYN, id est ТЫНъ. Nomina igitur locorum Bohemiae: MANIETIN, SLAWIETIN, DURITIN, CZETIN, MILETIN, HLUPIETIN, HODOSTYN, STRAKOTYN, eadem forma complector, cuius nomen antiquum Hagecius ad A. DCCCXL. produxit scribens: „Rodus frater Zbraslawi „domum vastam cum amplissimis septis ad „Mizam fluvium condidit, et RODOTYN ap- „pellavit, (*Tyn enim septum, et tyniti prae- sepire prisca Slavorum lingua significabat.*)“ Nihil ad confirmandam hujus vocis auctoritatem priscae Slavorum linguae adduxit Dobnerus; mihi tamen heic necessarium, et Hagecii veterum linguae nostrae vocabulorum notitiae 55) certis monumentorum argumen-

Superiorum Moscuam profectus linguae Bohemicae subsidio Ruthenicam intelligere didicit: atque Meletii Smotrisci Grammaticam, sola lingua Ruthenica editam latine reddidit; qua de re, aliisque notitiis ad historiam litterariam Slavorum pertinentibus ab Anonymo Niſs. memoriae proditis Vol. II. Cap. I. Vol. III. Cap. XIV. et XV. plura proferam.

55) Hagecium de lingua Bohemo - Slavica universim optime meritum, aestimo in junctis verbis velut Livium; in singulis ab interitu servatis aut

mentis comprobandae idoneum videtur esse, ut ex antiquissimo *Evangeliaro Bohemico* Msto Palat. Vindob. Biblioth. locum adferam, in quo laudatum ab Hagecio vocabulum **Tyn** continetur. Itaque in parabola patrisfamiliae, qui plantavit vineam et sepem circumdedit ei — Matth. XXI. 33. verba haec Bohemice ita sunt redditia penso 83. genz
vdyelal wynnyczy a tynem ohradyl gy. Vocis istius — **tynem** — casu instrumentalis declinatae rectus dicitur **tyn**; et necdum nomen hoc priscae Slavorum linguae usu excidit apud Russos, quorum etiam recentiori lexico 56) ita continetur, ut orthographia quoque conveniat **тынъ** cum illo **tyn** vocabulo *Evangeliarii Bohemici*. Sed in *Ostrogensi* principe, tum in Mosquensi tertia editione Bibliorum Slavonicorum loco hujus nominis **tyn** jam illud habetur, quod cum recentioribus nostris
Ver-

expositis, aliquid Varronianae vel Nigidii Figuli diligentiae ac industriae apud eundem invenio. Hujus rei specimen habemus in vocabulo **Tyn**, magis vero conspicuum in illo cum Nestoris verbo **срубити** consentiente nomine **Сруб** testimonium apparet; ut infra Cap. III. ubi Slavorum architectandi normam describere volo, consensus loquendi cum disciplina aedificiorum clare intelligetur.

56) РОССИЙСКОЙ ЛЕКСИКОНЪ — *Russisches Alphabetisches Wörterbuch, mit Deutscher und Lateinischer Uebersetzung* — Von Franciscus Höltnerhof Professor — zu Moskau 1778. in 8-maj. Partt. II. pag. 861. Тынъ, in 2. der Zaun, sepes, sepimentum, septum; тынокъ, dim.

Versionibus convenit: *a opleti gi plotem* = ὄπλοτομz. Nec Russi a Bohemis, neque hi ab illis vocem τύν = *tyn* didicerunt, quam Hagecius velut priscam laudavit; sed cuius memoria tot locorum nominibus comprehensa, imo et simplici vocabulo *Teyn* vel *Tyn* chorographice servata, non potuit antiquari.

Nescio, an Κριβηταινοι (KRIWITAEYNI) Slavi, quorum P. II. Cap. IX. Constantinus Porphyry. meminit, KRIWITEYNI a Kriwyteyn, id est *curvo sive flexuoso sepimento* nuncupati fuerint: sufficit auctoritatem, usum et significatum nominis *Tyn* atque etiam illius fata consensu duarum Slavicae originis majorum gentium certiora reddidisse.

γ) NOVIETUN —) Jordanes in Msto Biblioth. Vindobon. Palat. contextu supra Cap. I. §. 1. laudato in hunc modum protulit: *Sclavani a civitate Novietunense, et lacu qui appellatur Mursianus, usque ad Danastrum et in boream Vistulatenus commorantur.* Procopius vero Caesariensis Lib. IV. de aedificiis Justiniani Imp. manifestum hujus formae specimen Cap. IV. nomine castelli POTOYN adduxit. Sunt etiam in Codice Decimarum Eccles. Boh. exempla laudatae nominum formae CHOTUN et HOSTUN. Sed grammatico-criticum discrimen observari debet inter illud T, quod formam — UN praecedit, quo melius originatio vocis agnoscatur, dum non ad formam, sed primitivum nomen littera T pertinet; vel quando formulae — TUN adhaeret, ac sola varietate scribendi ab expositis jam formis — TYN et TIN differt meo arbitrio.

arbitratu. Profecto in Jordanis NOVIETUNO prior pars nominis *Novie* — Slavicae consuetudinis adverbium **ноўкъ** praesefert ab adjective nomine **ноўзінъ novus**, *recens* deductum; altera vero parte — *tun*, idem contineri mihi videtur, quod Slavorum ingenio locum sepe munitum, *ligneo quidem opere, at firmo et duraturo*, significat; ut jam nomen *civitatis novae, novi operis sepimento* utcunque intelligatur, de quo Capite sequenti acturus de aedificiis Slavorum plura cognoscendis eorum moribus idonea proferam; heic sufficiat dixisse: vocabula Slavica: **тънъ, tyn;** **остроръ, ostroh;** **граѓъ, hrad,** singula *sepi-
menti, opere ligneo, more majorum confecti,* notionem primariam in se continere. An Latina vox: *TlгNum* quidquam cognationis habeat cum vocabulo **tyn**; vel utrum hoc conveniat magis cum **τεινω** Graecorum verbo, *tendo, extendo, succesivis lectorum horis re-
linguo.* Ceterum ubi littera **т** non formulae — **UN**, sed primitivo nomini proprie adhaeret, alterum **T**, quod pertineret ad formulam **TUN**, exclusum est in laudatis exemplis *Potouв, Chotun, Hostun*, ut originariae voices **рота** (vel **ротъ**), *jusjurandum; chot' sponsa* vel *sponsus* 57) **рость, host,** *hospes*, evi-
denter demonstrant.

(γ 2.)

- 57) M. Laurentius Benedictus Nudozierinus Scholae Teuto-Brodensis Rector, cuius *Grammaticae Bohemicae ad leges naturalis methodi conformatae, et notis numerisque illustratae ac distinctae libri duo, Pragae ex officina Othmariana A. D. clo. Io. CIII. 8. prodierunt, pag. 12. illud communis gen. exemplum adduxit ex Psalmicis Cantt.*

γ 2.) ΣΟΤΑΠΟΥΝας) vir Sclavus, ut eum Agathias Lib. IV. memoriae prodidit Saeculo VI. In diplomate Thassilonis II. A. DCCLXXVII. actores, qui Slavis praefuerunt, quorum iste Dux decaniam tradidit Monasterio Cremifanensi, — — vocantur Taliub et SPARUNA. — Quod attinet ad illud nomen ab Agathia laudatum, thema illius adhucdum in usu est, atque dialecto litterali Slavorum scribitur *čápa*, Bohemis vero *Swár* dicitur, *lis*, *rixa*, *contentio* (antiquitus etiam *Swára*, sicut *Swáda* Dalemilus dixit Cap. II. sub finem); imo et nomen Ecclesiae et loci *Swárow* exstat in laudato MSto *Decimarum*, *Decanatus Orzechoviensis*. Verbo ejusdem radicis usus est Dalemilus Cap. IV. —

Budeteli se *swářiti*. —

Hac igitur originatione deducitur nomen proprium viri SWARUN, qui, dum *Castellum Ferreum* a Romanis oppugnaretur, in minus tectum militem *Misimianorum* testudinem portantum ita perite hastam jecit, ut eo colapsso statim testudo excuteretur. Si quis analysin hujus antiquissimi Slavorum vocabuli, usque ad philosophicam resolutionem syllabae radicalis a me requirat, hanc ei usque ad sonum WR *ferventis aquae* tali serie dare possum: prima littera vocabuli *Swarun* servit composito nomini significatu praepositionis *cum* vel *con*; terminatio — UN formam nominis proprii constituit; war (*βάρη*) est

Mežy nimiž twá Chot' patřjc.

Na swého Chot'e Gežisse.

est radix *fervorem aquae primaria significatio-*
nre reddens, quae sua simplicitate origina-
ria onomatopoetica WR in Dalmatarum no-
mine VRilo, CETTINE 58), quo fontes Tilu-
ri patria voce significantur, adhucdum per-
sistit. Post primigeniam Slavorum veramque
59) radicem SL, puto praesentem WR ea-
dem

58) Vid. Cl. Alberti Fortis, cuius ego versione
Germanica utor inscripta: Abbate Alberto For-
tis Reise in Dalmatien. Bern, 1776. 8. Part. II.
pag. 84.

59) *Veram radicem eo sensu intellectam velim,*
quo illam vocant Philologi de originibus lingua-
rum philosophice scribentes: ut Dobrowsky lau-
data Dissert. de Origine L. Slav. §. 5. ubi is
Germanicae linguae, observante Cl. Adelungio,
radices, quae verae sint, numero 600 circiter
contineri animadvertis, simili ratione, sed in-
dustria linguae Slavorum convenienti primitivos
eorundem sonos laudato numero ita plures arbi-
tratur esse, ut hi summam 800 non superent,
quibus ingens linguae Slavonicae thesaurus fu-
erit congestus. Illas radices, quae una littera
consonante unaque vocali constant, prima classe
comprehendit Dobrowsky; quae duabus conso-
nantibus adscita in medio vel fine vocali coa-
lescunt, ad secundam classem redigit; classe ve-
ro tertia has complectitur, quae tribus litteris
consonantibus ita cohaerent, ut vocalem, si
qua instruantur, duae consonantes praecedant.
Ad secundam igitur classem verba SLu et WRu,
hisque similia pertinent, quorum facies, enun-
tatio, copia, et primitiva ratio, qua plurimae
voces derivatae nituntur, Slavonicum linguae

dem simplicitate verbi *wru* (*wru*) apud nos
vigentem, primis linguae staminibus accen-
seri posse. Sed etiam illa popularis philoso-

K 2 phiae

characterem praeseferunt. Conferantur, et usui
Slavonico applicentur observationes philologi-
cae I. D. Michaelis Grammaticae Hebr. §. LXIII.
(*) Edit. 3. A. 1778. 8. Et quod attinet ad vo-
ces onomatopoeticas, multum proderit ejusdem
Cl. Viri Disquisitionem Germanice inscriptam:
Beurtheilung der Mittel, welche man anwendet,
*die ausgestorbene Hebräische Sprache zu verste-
hen. Göttingen 1757. 8. §. 19. et §. 20.* in usum
praesentis rei Slavorum litterariae ita transtulisse,
ut modum in onomatopoesi servemus. Et, quam-
quam sit major onomatopoeticarum radicum nu-
merus, quam nobis videatur esse ante operam
huic disquisitioni recte impensam; tamen primi-
tivas voces ab aliis quoque ac diversis deduci
causis neverimus; ut itaque a potiori facta de-
nominatione, verae radicis nomine onomatopoe-
tiae voces intelligantur, et naturae sonantis
imitatio, vel potius diversitas imitationis, di-
versarum linguarum characterem aut ingenium
prodat. *Guttæ* saepe cadentis, quae nobis *kap-*
ka (καπ-λα) dicitur, sonus naturalis cum ono-
matopoesi Slavica conferatur; hujus vero cum
ista Germanorum *der Tropfen* ejusdem soni
denominatione collata, inquiratur in causam va-
riae appellationis; et apparebit fortassis haec
ratio: dissimili impactione guttarum, qua fit dis-
similis crepitus, diversae imitationi occasionem
fuisse datam, ut aliud industriae specimen in
fictione nominis observetur apud Slavos, aliud
apud Germanos.

phiae Slavorum pars heic observari debet, jam Saeculo VI. majores nostros novisse a rebus propriis ad res impropias, intercedente quadam similitudine, significatum eleganter transferre. Ad eandem originationem mihi videtur pertinere illud nomen SPARUNAE; commutationis enim litterarum, qua Graeci aequae ac Latini β , φ , ou ; b , p , loco Slavonici characteris $\kappa = w$ substituere solent, ratio satis nota est. Porro elementum a voci Sparun in fine adhaerens forma est nominum quoque virilium, sed rarer, ut *старѣшина senior natu, hrđina, heros.* Aptum itaque muneri suo nomen actor Swaruna habuit a lite, quam componeret.

A verbis potius illa formae — UN nomina personarum derivari, vetus supremi Slavorum Dei nomen PERUN innuere videtur, a themate *peru*, *ferio*, *verbero*, deductum; unde *fulmen* quoque Slavis dicitur *небо*: ita forma nominum in — IM exeuntium, in quam subinde laudati Cod. *Decimorum* nomina locorum desinunt, verbi tantum, si recte memini, speciem habent; exempli causa: LU-CZIM, WIDIM, RADYM, PUTYM, TUZIM. —

*) ΟΥΛΑΜΙΤΩΝ) a Procopio Caesariensi Lib. IV. de aedificiis Justiniani Imp. Cap. VII. recensitam arcem — *quae*, ut Procop. scribit, quoniam *Sclavinis barbaris grassatoribus* diu sedem *praebuerat*, vacabat penitus — nescio cui formae Slavorum ex jam recensis alserere debeam, quanquam non desint mihi exempla nominum similiter desinentium, ut sunt ZATON et CHODON in Cod. *De-*
ci-

eimatum : nihil tamen temere actum voluerim ; quia terminatio haec potest esse Graeca , quam Procopius ex alia Slavorum in istam fortassis inflexerit usu sibi magis familiarem . Sed neque heic de sola terminazione nominum in litteram n quacunque vocali praecedente desinentium ea ratione dissero , ut hanc *jucundam* 60) et *in fine praecipue quasi tinnientem* Graecorum , imo Orientalium *Nunnationem* Slavis tantum velut propriam vindicare velim ; sed communem cum illis asseverare contendeo . Itaque non defuisent Ludewigio complura linguae Slavicae vocum exempla , quae *jucunda* , atque *tinniente* cadunt littera ; sed quae apud Latinos , observante Quintiliano , est rarissima in clausulis . Quare sermonis gratiam objectione asperitatis exigenti a nobis Ludewigio , damus aliqua parte in eloquendo *Atticam jucunditatem et parem copiam* . In hac igitur communione formarum omni varietate 61) vocalium praecedente , littera tinniente cadentium , an ULMITON proprie Slavicum sit nomen , responsum daturus , τεχνηα totius vocabuli prius ad auctoritatem , significacionem , usum atque originationem revoco : et
pri-

60) Quintilianus L. XII. C. 10. *At illi (Graeci) n jucundam et in fine praecipue quasi tinnientem illius (litt. m.) loco ponunt , quae est apud nos rarissima in clausulis.*

61) Conferantur inclinamenta vocum Graec. littera , cadentia cum terminationibus Slavonicis eundem jucundum litterae tinnientis sonum habentibus heic recensitis.

primum arbitror *Ulmi* - esse pluralis numeri casum *instrumentalem* a recto singulari nominis substantivi UL, nunc *Улъ*, Russis үлей, *alveare*; Dalmatis *ULISCTE* (οὐλιςτε); porro, si Procopius e Slavonica - τζιν formula suam Graeci ingenii — τρων substituit, dicerem: Ulmiton, vel potius *ULMITYN* esse quoddam *sepimentum nidolorum*. contextui Scriptoris nostri de Slavis grassatoribus agenti non ineptum. Quod ad originationem attinet, forma vetus Bohemica UL simplicior omnium et antiquior appareat: nam et illa Lexici Litter. Slav. *Polycarpow*, οὐλιй augmentum redolet. An ex praepositione U, quae variae significationi servit in compositione, et Slavis familiari littera L primigenia vox deducatur; an potius aliquid cognationis habeat cum *alveo*, *alveari* Latinorum, nolim opinari: quia primum A vocum Latinarum ad Slavos transiens mutatur in O; exempli causa: *Altare*, *Оltаръ*; vel subinde manet, ut *агнецъ*, *Agnus*.

Habemus itaque monumenta Slavonicorum nominum, quae littera u, praecedente quavis vocali, jucunde cadunt in clausulis, jam e Saeculo VI. deducta; unius tantum vocalis e, *Nunnationem* (en) praecedentis, exemplum non habui, quod ex Procopio Caesariensi adducerem. Sed hujus formae sunt antiqua locorum nomina: CHLEN, HLAVVEN, OSTRECZEN, WSEN (wssen), cet. in Cod. *Decimorum* descripta; nec non antiquissimum nomen appellativum камень, *lapis*, universae Slavorum gentis usu adhuc viride.

**) Nominibus, quae habent clausulam — in, subjungo feminini generis formam — *ina*, cuius duo exempla selegi ex Procopii Caesar. Lib. IV. de aedificiis Justiniani Cap. XI. inter Castella Thraciae relata: ΒΙΣΔΙΝΑ, ΒΕΛΕΔΙΝΑ; sed necdum certe scio, an haec Slavice ita legere debeam: виждина, a verbo виждъ *video*, *cerno*; веледина vero, a (wele-djim) verbo, ut mihi videtur, similis potestatis cum welebjm *excito*, *celebro*; sed, ejus ego auctoritatem idonei scriptoris usu confirmare non valeo: originationem itaque in medio relinquens, solius formae — INA Slavicam loquendi consuetudinem certis rationibus ostendere conabor. Constantinus Porphyrogen. P. II. Cap. 30. undecim Z'upanias Chrobatorum describens numero secundae ita meminit: ΗTZENTZHNA (CETINA); in Codice autem *Decimarum Eccles.* Boh. leguntur: MUTINA, LETINA, SLATINA, DOLINA, CHOVVINA, KOPANINA. — Particula Verbi Passivi notiora sunt, nec non appellativorum nominum exempla, Врезына, Слабина, Тисина, ceteraque hujusmodi usus quotidiani non solum in dialecto nostra, verum etiam in Litterali; ut кончина, *finis*; фредина, *medietas*.

Jam superest, ut horum notationi nominum, quae ex Procopii Caesariensis opere de aedificiis Justiniani Imp. cumprimis Lib. IV. adduxi, idonea quadam ratione satisfaciām, cur iisdem velut antiquissimis linguae Slavonicae monumentis utar, quibus formae nominum omnino Slavicae, certis auctoribus memoriae proditae, antiquioris aevi specimi.

minibus confirmentur. Quum enim illa objectio contra dialecti Slavorum Litteralis auctoritatem et analogiam, ex defectu antiquorum Slavicae linguae monumentorum ducta, mihi curae et sollicitudini esset, quibus illum communis universae genti sermonis Saeculi IX, *Cyrillicum* et *Methodianum* thesaurum a lingua majorum non ita diversum esse probarem, velut is nulla aetatis altioris analogia verborum et auctoritate niteretur; sed cuius et *orthoepia* et *praecipua etymologiae* pars majorum gentis nostrae popularium auctoritatem habeat; ad repetitam Procopii Caesariensis operum lectionem accessi, ut me ista sollicitudine liberarem. Itaque selectis in opere laudato nominibus, quae mihi et forma et significatu videbantur speciem praeseruisse Slavonicam, eorum nonnulla cum Amico meo communicavi, qui epistola XLVIII. ita responsum dedit: „Si „castella a Slavis exstructa essent, facile su- „mere liceret, quod postulas. At alii etiam „Barbari, quorum linguas non novimus; oc- „casione vocabulis his dare potuerunt. „Δολεβιν et Σμοργις fortasse Slavica sunt; „quamvis nesciam cur Slavice appellare vo- „luerit a se constructa castella Justinianus.“ Sed jam ipse Procopius Caes. Cap. IV. monuerat, vel condita, vel renovata fuisse a Justiniano castella: nam illud ZANEΣ, quod Cap. VI. inter ea relatum est, quibus ripam Danubii Imperator munivit, dicitur vetus oppidum; cuius vel ipsa vocabuli *facies*, et etymologia (Ζάνες) minime obscura, et loci situs in Slavici nominis proprietatem non dissentiente chronologia conspirant. Ad haec

Ovλ-

Oὐλμίτων arx vetus Procopio dicitur, quae, ut jam supra retuli, quoniam Sclavenis Barbaris grassatoribus diu sedem praebuerat, vacabat penitus. Hac igitur observatione volebam objectioni ab amico propositae satisfacere, quem scio velle, ut pro cognitione veritatis historicae nihil intermittam criticae disquisitionis, cuius neglectu in etymologiis me peccasse quispiam objicere valeat: quamquam in hac omniue alia meorum studiorum parte malim ab eo, qui ad veritatis agnitionem ingenio ac industria propius accessit, emendari; quam laudari ab homine imperito. A specimine formarum, quas cum *Nunnatione* Arabum; partim cum Armenorum quadam specie nominum; subinde cum Etruscis atque Latinis; cum Graecis omni modo tinniente littera cadentium nominum, Slavi communes habent, ad aliud eorundem genus formae antiquum, cum laudatis gentibus minus commune transeamus.

II.

Formae nominum Slavonicorum, quae in clausulis litteram TZ = ү, vel praecedentibus e atque i (ec = ӓүз, ic = ឬүз); vel hisce terminationibus: (-8τζα) — ឬүз (-8τζи) Boh. ice comprehensam pro characteristicā habent.

a.) — ETZ) Slavonica potestate — ӓүз = ec Boh. vel ecз formam hoc modo expeditam apud Byzantinos Scriptores non invenio; sed auctam terminatione үс Graecorum ingenio, quo factum est, ut extrita vo-

ca-

calis e ante *tz* formam Slavonicam — *ευχ* obscuram reddiderit in specimine proprii nominis ΚΟΣΕΝΤΖΗΣ (*κοσενεцъ* = Kosenec) unius e quinque fratribus Chrobatis, quorum Constantinus Porphyrog. P. II. Cap. 30. nomina produxit ad A. Ch. DCX. pertinentia. Rationem formae nominis *Kosenetz* ita me redditurum arbitror: sicut Graeca terminatio — *ος* a nomine fratris, qui ΛΟΒΕΛΟΣ dictus est, rejecta, manet pura Slavorum formula *λοβελъ*, cuius ultima syllaba — *εль* plurima apud nos cadunt nomina substantiva; ita quoque reddita Graeco Scriptori suaे linguae clausula *ης* vocabuli ΚΟΣΕΝΤΖΗΣ, quod residuum est nominis facile prodit Slavorum formam *κοσενεцъ* eandem cum *robeneчъ* 62), *bliženec*, *geminus*, cet. Quemadmodum prioris nominis expedita mihi videtur esse originatio a verbo *λοβλι*, Boh. *lowjm* (*ловю*) *venor*, *piscor*; unde *λοβεцъ*, *ловителъ*, *venator*, *piscator*, *auceps*; quae nominis ratio etiam translato significatiū coaptari potuit: in eundem quoque modum a voce *κοσα*, *falx*, dicitur *κοσεцъ*, *δρεπανηφορος*, *falcifer*, vocabulum adhucdum in lingua litterali usitatum, cuius loco fuerit fortassis antiquior illa forma *κοσεнecъ* apud Chrobatos magis in usu, sicut olim apud nos *robeneчъ*, quam vocem nunc in Lexicis recentioribus frustra quaesiveris; sed est aliud vocabulum, quod *juvenum ritu* apud nos floret: *mladenec* pro *mladec*. Nisi quis malit *κοσенецъ* legere; quod Sla-

62) *Passionale Bohem.* supra pag. 17. laudatum:
Robeneчъ maly, sig. C. sedme.

Slavi antiquiores consonantes litteras, absque vocali frequentius jungere consueverint, maxime *Srbi*, velut hoc eorum progenie descendentes Bohemi adhucdum observant. Hac ratione vel in editis Saec. XVI. Codicibus familiae Serbicae subinde invenio; exempli causa κόνις pro κονεῖς; Часословъ, cet. Etiam nomina locorum hac forma nostri maiores insigniverunt, ut in MSto *Decimarum* exempla habemus: CHLUMECZ, IABLONECZ, KAMENECZ, KOSTELECZ, SLYVENECZ, cet.

β) — IC) Byzantinorum scribendi ratione — ITZ; Slavonica potestate — ици; Boh. — icz vel ic. Nec istius formae potui *expeditum* quodpiam invenire exemplum in Scriptoribus Byzantinis aptum huic epochae nominum Slavonicorum; nisi fortassis ad istam pertineat aetatem illa terminatio involuta in Constantini Porphyrogeniti nomine των, KPIBITZων P. II. Cap. 9. ut a loci nomine KRIWIC, Křiwicz, Slavorum *Kriwickarum* originatione deducta ex adiectivo κριώνιος κριώνιος, curvus, flexuosus, obliquus, nomen gentile descendant significatu magis possessivo, quam patronymici nominis forma. „In oppida, sribit Imperator, profiscuntur (Rusi), quae GYRA appellantur, aut in „Slavica loca Berbianorum (*Werbjanorum* „seu *Wrbjanorum*) a wrba, satix, Drugubitarum, Kribitzarum, Serbiorum reliquorumque Sclavorum.“ Sed jam saepius animadvertisi litteram β in vocibus Slavonicis Byzantinorum ambiguam esse, quae critico egeat examine, ut Slavonica lectio vera eligatur; heic autem ea non alio quam w,
seu

seu Cyrillico & charactere reddi potest: quod a voce крик — krib — Slavonici nominis aut verbi cuiuspiam initium ignorem. Illud vero duplex elementum τζ nominis Kribitzarum, quod alterutrius characteris Cyrillici ү aut ү vim ambigua scriptione custodit, malim heic prioris quam posterioris elementi potestate describere кривиц — Kribicz —; quin Slavonicae voci vim quandam inferam, quae vel in ipsis nominibus huc pertinentibus jam charactere ү, jam altero, nimirum & juxta varietatem dialecti enuntiatur: nomina enim propria locorum et personarum possessivae aut patronymicae significationis apud Bohemos ita exemplis e Codice *Decimaram* summis in litteram ү = cz desinunt: ADAMOVICZ, JANOVICZ, MATIEGOWICZ, PETROVICZ, POPOVICZ, BOHUSLAVICZ, WŁADISLAWICZ, cet. quae *ruthenissantibus* Slavis per litteram ү patronymico vel possessivo significatu enuntiantur: Петровъ, Петровичъ. Illa quinque nomina locorum patronymica terminatione signata ad Bohemiam Christianam pertinere facile intelligimus; quanquam simplicis formae in — icz exeuntis antiquiora apud nos et frequentissimi usus exempla habeantur, quorum antiquius ad Annum DCLXXXII. Hagecius retulit, nimirum villae cuiuspiam nomen, quae sub monte Rzip a RADO filio Lubae in jugo montis supra Albim exstrui coepit, RADICZ appellata fuerit. Aliud ejusdem formae nomen idem Hagecius retulit ad A. DCCXXII. nimirum illud celeberrimum nomen vici STADICZ, unde PRZEMYSLAUS Princeps Bohemiae ab aratro datus est; de cu-

cujuſ loci etymologia et ſitu noſtri *) Scrip-
tores egerunt. Apud alias quoque Slavicae
originis nationes obvia ſunt ejusdem formae
ſpecimina; ſed an illius compositae formae
— owicz nomina patronymica et poſſeffiva
aetatem Cyrilli alſequantur, non auſim aſ-
ſeverare; cujuſ dubitationis iſtud adduco
argumentum: Lucae III. 23 — 38. Slavus In-
terpres nusquam utitur terminatione laudati
nominis, licet varium formae genus adhibu-
erit ad reddendum poſſeffivi caſus origina-
rii τὸς Ἡλί, τὸς Ματθαῖος — ſignificatum hocce
versionis modo in editione Ostrogensi 38,
— а́ко мнимъ съкъ юцифовъ, ильевъ. мат-
тюшовъ, левинъ. мелхийнъ, и аниаевъ — in
fine: а́дамовъ. єжий. Fratres Conf. Boh. ca-
ſum poſſeffivum τὸς, maluerunt exemplo La-
tini Interpretis ita reddere: — gałz domnijn
był syn Jozefu, kteryž był (syn) Heli, kteryž
był Matari, kteryž był Lewi, kteryž był Mel-
chii, kteryž był Jamii — kteryž był Adamii,
kteryž był Božj. Sed ego Slavo Interpreti gra-
tias habeo, quod vim ac ſenſum poſſeffivi
caſus iſta Slavici ſermonis proprietate red-
diderit, quae nobis quatuor 63) formarum
poſſeffivarum varietatem et auctoritatem
teſtatur; nimirum in — oвъ; — евъ, — инъ,
et ии desinentium. Jam quod attinet ad illam
nominum formam syllaba — itz ſeu — icz
cadentem, non auſim aſſeverare hanc Sla-
vis

*) Eorum opiniones recensuit Cl. Dobner P. II.
Annal. Hagec. pag. 157. —

63) Vid. Grammat. Meletii Smotriskii парадигма-
та притяжательныхъ на, овъ —

vis tantum propriam esse; nam inter nomina locorum Austriae terminationis ejusdem adhucdum persistunt exempla: *Editz*, *Feistricz*, *Würnitz*, *Obritz*, *Röschitz*, *Ferschnitz*, *Opponitz*, *Türnitz*, *Fladnitz*, *Göttfritz*, *Spitz*, *Göpfritz*, *Klobnitz*, — quorum vix aliqua Slavicam originationem innuunt; nisi quis malit nomen *Sedlicz* ex *Editz*; *Bistřicž* e *Feistritz*; *Opponitz* ab *Opona* (*ónona*) velum — repetere: quamquam in Austria certae ac fide diplomatum denominatae originationis Slavicae nomina locorum et fluviorum habentur, exempli causa: montis illius *Colonezza* jam supra laudati; aliud quoque montis nomen in diplomate Ottonis II. 64), qui dicitur Slavonice *RUZNIC* (sive *Ruznicž*, sive *Ruzník* legas, non tantum Slavicae terminationis, verum etiam etymologiae vocabulum) ab adjektivo nomine *různý* — *dispersus*, *dissipatus*, derivatum occurrit. Castellum *ZUISILA* (*zwýssila*) ab altiori situ, vel structura nuncupatum, quod in eodem diplomate invenitur, facile adhucdum intelligimus profectum a praepositione *z* in compositis significationem augente, ac verbo *weyßjm* (*wyssfjm*) erigo, eveho (*zwýssila sie*, *erecta est.*) Nomina duorum confluentium rivorum vocabulo *SPRAZA* in diplomate Karolomanni Slavonice insignita sunt: nam Bohemis adhuc in usu sunt nomina *Spřež*, *Spřeženj*, *ju-*

64) Vid. Bern. Pez Thes. Anecdot. T. I. P. III. pag. 56. Et quod attinet ad duas *Sprazas*, conferantur Annales Cremisan. Rettenpacheri A. 1677. f. pag. 33.

jugum, conjugatio; igitur non inepte uterque illorum fluviorum SPRAZA, (SPRJAZ'A seu Спраза) appellatus est, quia eodem alveo juncti, *simul unum decursum conficiunt*. Nec obstat exitus nominis in a: veteres enim Slavi dicebant Zlob, vel Zloba; illud vero Bohemicum *e* vocabuli Spřež natum est ex a seu a jerato, quod nostri populares antiquitus per ie, ut a = sie, nunc per simplex e pronuntiant; sed non ubique ac eadem ratione, ut alio loco dicam. Complura Slavicae originationis nomina locorum Austriae, cum primis ad Anasum, quae Cl. Heyrenbachius vel supra laudatae dissertationi ex diplomaticis collecta inseruit, vel in charta chorographica necdum in aes incisa signavit, nostrae ac veteri dialecto Slavorum illustrandae idonea possem adducere, ut sunt: duorum fluyiorum fontes, quorum alter sinistrorum ex opposita parte Todichae in Enisam influit, et Rubnicha inscribitur; alter vero Vrula dictus dextrorum in Ibisam defluit. Horum prius nomen cum Bohemico Rybník, piscina; alterum cum Dalmatarum nomine Vrilo, quod fontem significat, aptissime convenit; sed ego intra speciminis modum me continere debedo.

γ.) — ICZA) — ice vel — icze Bohem. — ица Slav. Litter. in Byzantinis Scriptt. — ετζα — ετζη. Quod ista apud Procopium Cæsariensem in — utza, et Constantinum Porphyrogenitum in — utzi vel utze desinentia vocalis u, imo diphthongus iu (ю) Slavonica, pro varietate temporum ac dialectorum etiam per i enuntiata, me induxit; ut hujus

com.

commutationis exemplum supra vidimus in vocabulo VRULA Slavorum Austriae, quod Slavis Dalmatiae dicitur VRIL, VRILO, VRELLO; et antiquiori, ut arbitror, enuntiatione in proprio nomine *Vrullia* 65) adhuc dum

65) Hoc antiquioris enuntiationis nomen *Albertus Fortis* Itineris Dalmatici P. II. §. XI. geographice ac philologice illustravit, cuius collatione cum fonte Austriaco *Vrula* in *Ibisam* defluente habemus etymologice atque chorographice probatam veterum Slavorum vocem *Vrula* (fortassis Βρύλλα) postea in *Vrilo*, ex Βρύλλο, inclinatam. Ex ista, bis detorta videtur mihi esse ejusdem rei denominatio nostra ȝrjðlo, *late*x: nam etsi vocabulum hocce in Indice *Ianuae Linguarum* I. A. Comenii editionis Prag. 1669. 4. qua utor, signatum non sit, neque illud in diligentis alioquin vocabulorum nostrorum collectoris F. I. Tomsae Lexico inveniam; tamen idoneo auctore nititur Comenio, qui *Ianuae* suaे *Titulo VII. De Aquis*, N. 65. hanc pericopam: *E laticibus scatentes* (*scaturientes*) *saliunt fontes* — ita Bohemice reddit: ȝe ȝrjðel (ȝ Prameňů) *preyſſtjcy se* *wýškaňgj* *Studnice* — Praepositio ȝe clare innuit genitiv. plur. a recto casu nominis ȝrjðlo declinatum, ut solent nomina neutro genere, syllaba lo cadentia inclinari; ipsum vero nomen ita bis detoratum intelligo ex forma *Vrilo*: particulae *inseparabilis* wȝ — praesenti significati aptae, littera ȝ jam existenti litterae w radicali per epenthesin accessit; deinde Bohemica consuetudine, qua Slavonicis nominum terminationibus in ало et ило, ut sunt ѿло, ѿрога́ло, крилò, прáвило, inseri solet ante л littera d isto firmiori so-

dum persistit; de Bohemis vero *u*, *iu* vel *yu* scribentibus, ubi nunc vocalis *i* enuntiatur identidem dictum est. Itaque a Procopio Caes. Lib. IV. de aedif. Justiniani Cap. IV.

ca-

no: *sádlo*, *strúhádlo*; *křídlo*; *pravidlo*, etiam heic ex *Vrilo* factum est (*wzřídlo*) *zřídlo*, sed absorpto per aphaeresin elemento *w*, prout *zřůst*, dicimus loco *wzřůst*. Habet illa Bohemorum figura orthographica *firmitatem et vigorem vocis quasi quibusdam nervis additis intensam*, Latinorum, ut mihi videtur, ingenio, qui *vocibus verborum firmandis roborandisque*, ut *sonus eorum esset viridior vegetiorque eandem litteram d inserebant*, ut videmus in verbo *redeo* aliisque pluribus factum fuisse. Est itaque character orthographicus dialecti Bohemo-Slavicae, illa litterae soni vegetioris epenthesi matrem superans philologica observatione dignus. Ceterum quod ad veterem enuntiationem vocabuli *Vrula* (Βρύλλα) attinet, hanc Constantini Porphyrogeniti auctoritas confirmat, cui P. II. C. 36. inter *Paganiae* urbes habitatas numero secunda dicitur ΒεΡΟΤΑΛΙΑ. Et, ne quid observationis heic ad consensum cum lingua Graeca et Germanica pertinentis intermittam, eodem fonte, ut opinor, cadit Graecum το Φρεαρ, Φρειας, *puteus*, et Germanorum *der Brudel* cum primis illo significatu secundo, quem Cl. Adelung ad hanc vocem restituit ex appellatione *fontis* Thermarum Carolinarum: *permutatio enim labialium litterarum nota est, et originationis vis in radicalibus sonis WR — ΦP — BR — non vero in inclinamentis formarum sita est, ad quos verba βαριο ωριγιν, βρέκιο, ebullio, ferveo, et ab his derivata nomina velut ad fontem reducuntur.*

castellum ΛΑΒΟΤΖΑ memoriae proditum, Slavicae mihi videtur else originatio-
nis vocabulum vel a superstite adhuc apud
Dalmatas et Bohemos nomine *Labut' cygnus*,
labutj cygneus, deductum; vel si malis B
Graecorum ambiguae enuntiationis heic com-
mutare cum Slav. *в* = *w*, ut fieri solet, ΛΑ-
WITZA, (*Lawice*) *Scamni* aut *subsellii* illo ca-
stelli nomine significatum alsequemur.

Nolim tamen ultra conjecturam in hac
originatione progredi, cum facillimus sit
Iapsus in notatione, si etymologiam histo-
ricis aliisque ad institutum necessariis ratio-
nibus confirmare non valeamus; Hac forma
desinentium nominum Slavonicorum ingen-
tem habemus numerum, quae Bohemo-Sla-
vica dialecto *e* littera (—ice) cadunt. Con-
stantinus Porphyrogenitus P. II. Cap. 9. lo-
cum sextum ad quem Russi intres Constan-
tinopolim ab ulteriori Russia appellantem per-
veniebant, scribit a Slavis BEPOYTZH nun-
cupatum fuisse, *quasi dicas aquae scatu-*
rigo (*βραυμα νερος*), seu vertigo fluminis. Illius
etymologiae a Porphyrogenito adductae ra-
tionem Cl. Schlözerus 66) repetit a Slavoni-
ca

66) Vid. *Allgemeine Nordische Geschichte*. Kap.
VI. §. 31. 6) Nemo, velim, offendatur ambigui-
tate modi, quo propria nomina locorum et per-
sonarum Slavonica per *η* a Constantino Porph.
descripta elemento *e* in versione Latina frequen-
tius redduntur; quum omnino constet sequenti-
bus exemplis: Εσσεπη (*Nesupi*, non dormi);
Τερπημερη; Δεσηη — nequaquam characteris *e*,

ca voce WIR *vertigo*, unde sit WIRUCZII vertigine actus: nec absque fundamento, nam Bohemis adhucdum *wjr* simili significatu in usu est; non alia, ut puto radice, quam illius verbi *wru*, *ferveo*, jam supra laudati; unde Slavonicam vocem *вадъ* significando *bulitui aquae* omnino aptam respiciens Imperator vocabulo *βρασμα* proprium nomen sextae illius cataractae Borysthenis *Werutzi* aut *Werutze* haud obscure reddidit. Jam quod attinet ad multitudinem nominum formae — *ица*, et **) Bohemorum — *ice*, ea non tantum appellativorum, maxime spectata relatione ad *locum*, magnam linguae communis partem constituit, verum etiam illa com-

L 2

plu-

sed litterae *i* depositum illo η Graecorum elemento custodiri, ut recte Bandurius, quod ad primam vocem attinet, animadvertisit. *Terpimeri* vero legendum else contextus docet Latinorum inclinamento; Λεσυηκ autem est ejusdem formae nominum, quae Constantinus Porph. P. II. Cap. 33. perscripsit: το Μοκρισκι — το Γαλεμαηγικ — το Δοθρισκι. Plura de littt. η et illius commutatione cum ε videantur infra n. IV.)

**) Bohemica terminatio in *ice*, eadem est cum inclinamento veterum *Srborum* patriae nostrae finitimarum: nam Abbas Gotvicensis eorum pagos enumerans trium formarum nomina, quarum litera *c* seu *cz* characteristicā est, ita profert: *Nedelice*, *Neletice* — *Nudici*, *Nizici* — *Koledicza*. Igitur formae illius primae frequentior usus prae duabus consequentibus, ad consuetudinem dialecti Bohemicae pertinet *Srbicæ antiquitati innixam*.

plures vici, imo urbes et oppida signantur, ac velut propria vocum Slavonicarum facie agnoscantur. Est autem hujus formae nominum urbes oppida et vicos significantium haec proprietas, ut plurali tantum numero a Bohemis eorum declinatio per omnes casus ducatur, et ab appellativis nominibus, exempli causa *vlice platea*, *studnice fons*, aliisque differat in casu dandi heteroclitio exitu in ūm. Similis ratio numeri pluralis haberi debet in Bohemicis nominibus casu recto multitudinis in y desinentibus civitatum et regionum, ut sunt: *Launy* (*Luny*), *Rokyca-*
ny; *Vhry*, *Rakausy*, *Cechy*; *Launa*, *Roky-*
czana; *Ungaria*, *Austria*, *Bohemia* seu *Cze-*
chia, quorum nominum diversitatem inflexio-
 nis 67) dum ad analogiam cujuspam para-
 digmatis linguae Slavorum litteralis revoca-
 re admittit, nullum aptius exemplum invenio,
 qnam sit illud *H^{dae}* Slavorum Declinationis
 nominum in z, seu duram consonantem fini-
 torum paradigma communis generis ab il-
 lustri Grammatico Meletio Smotriskio 68)
 adductum: τόν ἡ τάλ βόινz, *miles*, solius
 orthographiae discrimine in primo et quinto
 casu intercedente, ubi Bohemi primae De-
 clinationis femininum uiseu y pro Slavonico u
 hoc

67) Praesentium nominum, quae singulari numero carent; atque praecedentium etiam in ice desinentium declinatio tantum per casus numeri pluralis ducta, videatur apud Tomsam pag. 136. et 140. *Böhmischa Sprachlehre Prag.* 1782.

68) Vid. ejusdem ГРАММАТИКИ СЛАВЕНСКИЯ пра-
 вилное СУНТАГМА — А. 1619. 8. sign. E.

hoc est i substituunt. Sed in Msto *Decimorum* saepius jam laudato non solum invenio scripta locorum Bohemiae nomina W^RANY, ROVVNY; verum etiam TERCZANI, LY PANI; frequentius tamen *specie singularis* numeri casus recti BOROWAN, DOBRZICZAN, LUCZAN cet. quem casum, nescio an melius appellaverim genitivum Slavonicum pluralis numeri patronymicorum nominum 69) per ellipsin vocabulo civitatis, oppidi aut vici suppresso; cuius locutionis ellipticae specimenia in syntaxi Slavorum complura exponuntur; et fortassis plura his colligi possent, si diligentia Slavici cuiuspam Lamberti Bos, *Graecarum Ellipsis* vestigia in Slavonico sermone investigaret. Profecto si qua pars etymologiae Bohemicae illustratione eget, ratio declinationis, cum primis nominum heteroclitorum numero et casibus, inter desiderata habetur, quam nec alsequi sine notitia linguae Slavorum litteralis, nec illas difficultates varietatum ejusdem casus omnino superare valemus, nisi auctoritate ac ratione consuetudinis consensu eruditorum firmatae.

69) Genitivum pluralis numeri casum Slavonicum hunc intelligo, qui a casu recto multitudinis rejecta vocali e ita formatur, sicut a nominativo РИМЛАНЕ Romani, РИМЛАНЪ Romanorum, et a Pražane Пражане Pragenses, Pražanъ Пражанъ, (Pražanъw) Pragensium nomina patronymice inflectuntur. Sed infra Cap. VIII. et Vol. II. Cap. VII. de genitivo plurali Slavonico et Bohemico observationes cognoscendae dialecti nostrae indoli necessarias adducam.

tae. Itaque numero plurali per casus obli-
quos illa civitatum nomina majores duxisse
discimus ex Dalemili Cap. 92. —

Budiegowice odegme Czecowi,
A Podiebrady Willemowi,
Bladsko odegme Zwjřetickým,
A Luny Žirovinským.

Quod attinet ad formae illius — ice va-
riam derivationem, et usum, imo et alia-
rum quoque formarum cognitionem; confe-
ratur *Paullus Doleschalius* in Appendix ad-
nexa suae *Grammaticae Slavico - Bohemicae*
70). Cum terminatione laudata, loci vel spa-
tii significatu, atque soni etiam cognatione
et commutatione convenit —

III.

Forma nominum Slavonicorum in — іſſte;
Teutonica litterarum potestate — ischte (иſте);
Bohemorum restituta Slavicae antiquitati
enuntiatione τε ψι, in — іſſte desinentium; un-
de nobis alia subinde nata est compositae
formae terminatio — іſſian seu — иſланъ.

α) ΣΜΟΡΝΗΣΤΕ) сморниште sive смор-
нище, litteris ωτ monogrammate junctis, cas-
tellum a Procopio Caesariensi Lib. IV. de
aedificiis Justiniani Cap. VI. memoriae prodi-
tum

70) Posonii; typis Royerianis, A. 1746. 8. pag.
230, 231, 239, 245. — owic pag. 246.

tum, hujusque nominis formam et originationem Cap. I. §. 7. pag. 53 — 55. pro ingenii mei tenuitate, ut poteram, descripti; jam superest, ut reliquas observationes philologicas ad institutum pertinentes proferam, quas me heic expositurum promisi. Itaque quod attinet ad Graecam consuetudinem Procopii sonum *ifſe* terminationis nominum Slavonicorum formula *ηςε* — *iste* perscriventis, velim benevolus lector animadvertiscat: litteram *Schin*, (quae potestate eadem est cum Cyrillica *w*, sola figuraione ad angulos rectos a forma *w* diversa) a veteribus Graecis 71) semper elemento σ perscriptam ac enuntiatam fuisse; igitur a Graecō homine patriae consuetudinis tenaci alias sonum laudatae litterae signandi modus frustra desideratur. Si quis vero nolit laudatam formam velut Slavis propriam asseverare, is me deceat primum, qua ratione Procopii Caes. castellum *Σμοργυησε* Graeci nominis forma esse possit, vel distinctae a Slavis alteri cui-dam genti barbarae, quae nobiscum in enuntiatione hujus formae nominum conveniat, laudatum vocabulum vindicet. Mihi profecto litteris Graecis descriptum a Procopio castelli

no-

71) Conferatur Montfauconii Hexaplorum Origenis T. II. *Praevia Disquisitio: Quomodo veteres Interpretes Hebraice legerint*, pag. 397. „ *ψ* „ *Schin* — Veteres semper σ legunt sive dextro „ sive sinistro punto sit notandum. “ Sequiores nihilominus Byzantini Scriptores, ut Constantinus Porphyr. Slavonicum sonum *w*, subinde litt. $\sigma\chi$ signarunt. Vid. supra not. 66) sub finem.

nomen magis placet, quam si Cyrillicis litteris, id est propriis characteribus Slavorum, ante Cyrillicum alphabetum id perscribere Procopius tentasset: hac enim ejus scribendi ratione vetus enuntiatio formae — *иſſe* (иψε) potestate litterarum *шт* = *scht* post exactos trecentos, et quod excurrit annos, a Cyrillo monogrammate *ψ* signata, sexti jam Saeculi auctoritatem praesefert, ac prae illo sibilante pinguiori sono *шч* = *ʃčz* Russorum et medii aevi Bohemorum, aliquid Atticae pronunciationis in se continet. Scriptores Graecos rerum Slavonicarum subinde in descriptione nominum vim Slavici soni non tantum suis litteris commutasse, verum etiam omisisse unam alteramve litteram, omnino certum est: heic igitur in Slavonicum etymon castelli Σμορνισε diligentius inquirenti occurrit Slavorum dialecti litteralis verbum *смотро*, *intueor*, *observo* — unde nomen substantivum a participio derivatum *смотреніе*, *inspectio*, *observatio*, *consideratio*. — propter situm fortassis loci, vel aliam observationem aptum fuerit singendo nomini proprio castelli SMOTRISSTE (*смотрище*) seu *смотреніще observationis locus*), quod extrita littera *т* sive Procopius, sive librarius scripsit Σμορνισε. Et, quid mirum? si Scriptor Graecus hanc litteram in concursu aliarum duarum consonantium extrivit, quum Boemi Slavonicum nomen *стекло*, *сткало*, *vitrum*, jam pridem extrita littera *т*, *шкло* enuntient ac perscribant.

β*) Formae nominum — *иψε*, Bohemorum *иſſе*, subjunctam subinde terminacionem

nem — *an certo specimine inveni Miscellaneorum Historic. Bohem. Decad. I. Lib. V. pag. 137.* ubi Balbinus ex Volumine VII. *Erectio-*
num O. 6. refert *commutationem cuiusdam prati Ecclesiae Parochialis in Ohnissstan cum pra-*
to famosi Viri Benessii de Schaplava armigeri 1407. 19. Novembris. Non dubito nomen *Ohnisstie*, quod nobis *focum*, etymologice *ignis locum* significat, auctum fuisse termina-
tione — an attentione animi et reflexione il-
lius, quisquis hoc nomen loci habitati analogo significatui denominatione a foco deducta, primus coaptavit, cuius vera lectio videtur esse *Ohnissstan*, *ঝনিষ্টান*.

IV.

Formae nominum compositorum ex duabus vocibus Slavonicis, quarum posterior est — MIR (মিৰ) aut — MER (মেৰ.)

Tam vetus, tamque communis est haec Slavonicorum nominum viris proprietatum ratio, ut ex prima propemodium Slavorum memoria decursu Saeculorum consequentium usque ad nostram aetatem apud gentes diversas ejusdem originis Slavicae complura ejusdem rationis nominum exempla habentur, a Scriptoribus Byzantinis, Latinis, atque popularibus memoriae prodita. Menandro in Excerptis de Legationibus debemus servatum nomen Slavorum Legati ad Abaros, qui *Mezamir* (*Μεζαμηρος*) dictus est. Constantinus Porphyrogenitus P. II. de administr. Imp. Cap. 31. de Serblis agens quatuor laudatae nominum formae specimina retulit:

WLA-

WLASTIMIERI Serblorum principis (*τε Βλάσιος Σημερός*), cuius filii erant *Muntimirus*, *Stroimerus* et *Ghoanicus* (*ὁ Μαντιμῆρος ὁ Στροιμῆρος*); et paulo post Stroimeri filium *Klonimirum* (*τον Κλονιμῆρον*) appellat. Cap. priori de Chrobatis tractans eadem forma insignitorum patris et filii nominum, *Terpimeri* et *Krasimeri* (*Τερπιμερη τε αρχοντος τε πατρος τε αρχοντος Κρασημερην*) meminit. *Tirpimiri Ducis Croatorum privilegium* J. Lucius Lib. II. Cap. 2. adduxit, quod *in loco*, qui dicitur *Byaci* Anno Domini 838 datum fuisse colligit ex inscriptione: *regnante in Italia Piissimo Lothario Francorum Rege, et ex Indictione XV. Anonymus de conversione Bojar. et Carentan.* *Zhtroymiri* quoque nomen adduxit. Christianus in vita SS. Ludmillae et Wenceslai laudatum *Ztroymir* cognomentum ita recensuit: „At vero plebs praefata in nequicia sua permanens (nimirum contra Borzivogium nostrum Principem) quendam ducem *Ztroymir* nomine, cuius etymologia in latinum vertitur sermonem; *rege pacem*. Qui apud Teutonicos profugus exulabat, gente ex sua missis legatis ad propria eum reducunt, sibiique Principem statuunt.“ Inter Bulgarorum illustres viros sub initium Saeculi XI. occurrunt *Dobromir* (*Δοβρομῆρος*), et *Rodomir* (*Ροδομῆρος*). Sed jam productis laudatae nominum formae continuo usu antiquioribus exemplis, cognomentum *STROIMIR* observationibus philologicis eam ob causam dignum puto: quia commune fuit quibusdam Slavorum Principibus diversae stirpis; dein ob verbi, quo prior cognomenti pars constat, *praestantiam et usum communem adhucdum*

per-

persistenter; porro linguarum Graecae ac Latinae cum dialecto litterali Slavorum comparationis causa; denique propter idoneum specimen philosophiae popularis vel proprio ingenio, vel imitatione, a nostris majoribus datum illius verbi proprietate ac significatu. Si usu litteralis dialecti Slavorum hoc verbum *Stroju* στροιο, et Bohemicae *strogjm*, ad vim ac potestatem *gerendi* vel *parandi* quidquam auxiliaris, ut ita dicam, verbi significatu, quo actiones denominatas nomen cum hoc verbo constructum circumscribit, philosophice revocetur; cum natura verbi *struo* illud recte comparaverim, a quo nec structura multum differt, et significationibus maxime convenit. Varius laudati Latinorum verbi usus classicorum auctorum loquendi formulæ a Cl. Facciolato recensitus, conferatur cum nostri verbi στροιο potestate ac usu 72) pro-

72) Potestas cognomenti Stroimir verbo *rege pacem* a Christanno superius reddita; in Msto autem Coenobii Budecensis isto significatu: *judicæ pacem*, exposita, Dobnero videbatur III. P. Annal. Hag. in not. ad A. 896. meliori significatu translata, quam in hoc Msto Budecensi; monet enim ille: *judica pacem, quod tamen Slavice non Ztroimir (Stroimir) sed Zudimir (Sudimir) significat*. Mihi vero usum verbi στροιο consuetudine dialecti Slavorum litteralis, qua id notio-nem verborum: *guberno, dispenso, gero, moderor* — amplam omnino habet, diligenter conferenti cum illis majorum nostrorum cognomen-ti *Siroimir* expositionibus, appareat, olim apud nos verbum *Stroju* (*strogjm*) eodem cum Sla-

propemodum simili; Vofsii etiam, quod ad originem illius Latini verbi attinet a *ερεσον* hanc deducentis, opinio pensi habeatur; et facta collatione apparebit, Slavos reddendis Latinorum iisdem loquendi formulis verbum *стрионти* eadem ratione coaptare posse, ut etiam ad orationem idonee transferatur; et nec asper sit verborum concursus, neque hiulcus; sed ob eandem in collocatione libertatem *quodam modo coagmentatus et laevis.*

Posterior pars cognomenti STROI-MIR vocabuli Slavorum antiquissimi monumentum est, sed non unius significationis, quae nunc diverso genere scribendi signatur: nam *paci*s nomen illud habebit significatum, si *миръ* perscripseris; sin autem *миръ*, *mundus* hac orthographia intelligetur. Uterque significatus auctoritatibus saeculi IX. atque X. confirmatur: nam in Versione Slavonica S. Codicis utriusque litteraturae Cyrillicae et Glagoliticae vocabulo *миръ pax* redditur; ut Joann. XX. 21. Εἰρήνη ὑμῖν — *миръ вамъ*; et Joann. I. 10. καὶ ὁ κορμὸς αὐτὸν ωκεανῷ εγγύω — *и миръ егѡ нѣ по землѧ*. Neuter significatus saeculo X. ignotus erat Bohemis, imo uterque apud nos fert aetatem in hymno S. Adalberti *Hospodine pomiluy ny* — genti nostrae carissimi-

vis antiquioribus usu significatum obtinuisse, qui amplior fuerit, ac in lexicis nostris descriptum habeamus. Sed notiones verborum laudatae illo *gubernandi* vasto significatu nituntur; nec mirum, cum et Latinorum verbi struo latior sit usus, quem auctoritas veterum Scriptorum confirmat.

riſſimo, qui adhucdum in sacris processionibus cantatur, eodem nomine *mir* comprehensus; licet extra usum istius hymni vocabulo laudato, *mundi* significatu, nostri populares jam pridem uti desierint; et priori diutius usi, nescio cur potius voce *pokog*, *pacem* dicturi utantur, quum Slavi illo nomine *pokój* *requiem*, aut *quietem* significare malint; et illius vocabuli *мíръ* structura in derivatis nominibus aptior esse videatur nationibus, quae ad *pacem* pertinent, sono videriori et firmiori signandis, ut sunt nomina et verba: *миротворецъ*, *mírce*, *миротворение*, *mírénje*; *миръ*, *миротворю*, *mírjim* — quibus adhucdum utimur. Sed fortassis *dabitur licentia sumta prudenter*, et renascentur, quae jam ceciderunt vocabula. Porro hujus antiquissimae vocis *мíръ* originatio collata cum nomine *мѣра* (*мѣръ*) *míra*, *mensura*, *modus*, *temperantia*, *mediocritas* — specimen innuit popularis philosophiae Slavorum; qua notio ne, et quibus cogitandi moribus ideam pacis majores nostri mente conceperint, et qua rerum comparatione vel symbolo eam signaverint: vix enim illarum vocum discriminem satis in enuntiando observare valemus, quae eodem fonte cadunt: exempli causa, si adjectivum nomen scribas *мирный* (*mírney*) *mírný*, *pacíficum*, a *мíръ* derivatione facta, Serbus intelliget litterali dialecto assuetus; Bohemus vero *temperantem* cogitabit spectata voce *míra* (*мѣра*), et suae dialecti consuetudine, elementum *к* jam per *ě*, jam per *j* vocalem productam enuntiandi; qui tametsi verba Slavica *миръ* et *мѣраю* eadem ratione, quod ad thema attinet, proferat: *mírjm* et *měřjm*; ta.

tamen inter nomina **мýръ** et **мѣрѧ** nullo discrimine facto, utrumque eadem *i* producta vocali enuntiat: **mýr** atque **mýra**. *Mensurae* igitur ac *temperantiae* notionem, rerum mediocritate ac pondere Slavi mente agitantes, *pacem* eodem propemodum vocabulo insinuerunt, quo ejus virtus genitrix *temperantia* signaretur. Verba Ciceronis L. I. de Fin. C. 14. *Temperantia pacem animis affert, et eos quasi concordia placat et lenit — illam Slavonici vocabuli mir philosophiam illustrant.* Sed prout verborum paulo ante laudatorum diversa significatio distincto charactere notatur; ita vocum alterutrius verbi significatu derivatarum suam quaeque distinctae notionis litteram apud Bohemos quoque retinet: igitur posterior pars vocabuli LICEMIER **лициемѣръ** (*hypocrita* 73), cuius formae sunt nomina *Wlastimer*, *Krasimer* — **власти-мѣръ**, **краси-мѣръ** (si quidem originaliter a Constantino Porph. per *descripta* sunt: quum heic *ingens variatio inveniatur*) minime a vocabulo **мýръ**, sed a verbo **мѣрѧю**, repetitur: simili quoque ratione cognomenta *Wlastimier* et *Krasymier*, quae patriae ac pulchritudinis vocibus priori parte constant, altero compositionis membro ad *modum* vel *mensuram* (**мѣрѧ**) referuntur; quamquam nomen *Wlastimir*, quo *patriae pax* redditur, aptius compositum, et omnino desiderabilius sit; pro-
ut

73) De hoc vocabulo, in observationibus ad *Evangeliarium Bohemicum* MS. Vindobon. Biblioth. Palat. Matth. Cap. VI. 16. deducto, meam et Dobrowskyi opinionem proferam.

ut illud *Mezamir* (МЕЖАМИР) finium pax latine redditum.

Compositarum profecto a majoribus nostris vocum ratione haud parva ingenii morumque popularium, nec non rei grammaticae pars continetur; illae enim omnibus propriorum orationis partibus et vario constructionis genere ita subinde constant, ut nostras nominum et verborum inflexiones earum auctoritate comprobare, et quid antiquius in quaque Slavorum dialecto servatum fuerit, investigare valeamus. Itaque Slavorum antiquiora fuisse pacis quam belli studia, ipsum *pacis* vocabulum миръ in compositione nominum priorum virilium prius et frequentius adhibitum satis innuit; quum illud *belli* nomen вои, *Woj* serius in compositionem inductum noverimus. Et, redeundi mihi ad usum verbi строю ejusque potestatem nomine *Stroimir* comprehensam, substantivum nomen *Strog* (строй) Bohemica dialecto significatu *structurae* custoditum antiquius est significatione *agminis* vel *castrorum* in dialecto litterali Slavorum usitata. Ipsa vero hujus et similium a verbis derivatorum vocabulorum forma, diphthongis аг, ег, ѿг, ѿгъ; ай, ей, ой, ойъ; in fine constans, antiquissimum redolet Slavicae linguae inclinamentum, quod cum Hebraeorum diphthongis ' , ' , Aj; ' , Oj; ' , Uj potestate, vi atque situ omnino convenit; ut equidem istis enuntiatio, natura litterae ' Jod, et formae terminatio intelliguntur. Profecto vis ac indoles litterae Cyrillicae и minori signatur impedimento forma hujuscem charactenis

teris, et originem soni orientalis melius custodit, ac indigitat, quam ista Bohemici elementi *g* ad eam potestatem constanter translati figura, quae cum Slavonica littera *ñ* consonante, seu Hebraico elemento *Jod mobili* consentire, spectata analogiae ratione, omnino debet. Sed hac nostra peregrinis litteris scribendi methodo fit, ut complures nostrorum popularium laudaturum diphthongorum indolem non assequantur, imo existentiam ignorent, ut recte Dobrowskyus animadvertisit, qui originem diphthongi *og*, *úg* (*oū* *oū*) ex resoluta infinitivi modi littera *j*, *bjti*, *pjti* — ita deducit, ut inde nascantur substantiva nomina : *bog*, *nápog* — Non est hujus loci, ut in istam ex producto *ñ* seu *j* Bohemico natam diphthongi *og* (*oū*) derivationem inquiram; pluribus enim observationibus grammaticis opus est, quibus verbalium nominum originatio nititur: et Doleschalius Grammaticae jam supra laudatae §. XII. Appendicis, illas passim collegit, atque diligenter animadvertisit, utrum a verbo *Perfecto*, *Imperfecto* vel *Frequentativo* vox aliqua derivetur; an ab infinitivo, et quibus temporibus dederuntur, distinctam propriamque assignavit formam. Haec Appendix, et Dobrowskyi §. 12. Dissertationis, de origine Linguae Slavicae Slavophilo informas nominum inquirenti subsidio esse poterunt, donec simile *Arcanum* 74) formarum ac-

74) Halae Magdeburg. 1735. 4. Huic *Arcano* ad felicius eruendam Hebr. nominum significationem *formalem* idoneus auctor complures egregias ob-

accipiant Slavi, quali Joh. Simonis formas nominum Hebraicorum illustravit.

Jam hoc nominum antiquiorum specimen in eam cogitationem nos deducere potest, ut illorum facta collatione cum iis vocibus, quarum forma praecipui doctores nostri Cyrilus et Methodius usi sunt, non dubitemus Slavonicum sermonem Ecclesiasticum nisi auctoritate et analogia veteris linguae majorum. Sed quo magis ille consensus illustretur, non possum intermittere, quin adhuc formae nominum antiquioris, et frequentissime occurrentis certa proferam monumenta, quibus demonstretur Slavos etiam dissitis regionibus distinctos tamen praecipuis linguae majorum formulis et patriis nominum notiobus velut quibusdam popularis ingenii moribus conjunctos fuisse.

V.

Formae nominum in litteram k desinentium, praecipue inclinamento — NIK (НИК) signatorum.

De-

servationes praemisit, quae in usum Slavonicum utiliter traduci possent ab eo, si quis vellet Philosophico - Grammatica methodo formas nominum Slavicae linguae in compendium referre, ut serie graduum Metaphysicorum cuique notioni Slavicae communi seu universalis assignata nominis forma, ingenium linguae facilius cognoscatur. Specimina hujus Philosophiae popularis dabo Vol. IV: Cap. XXII.

Tom. I.

M

Derivationis aequa ac significatus *formalis* ratione, tum etiam causa frequentissimi usus, observatione philologica dignum est hoc proprium linguae Slavicae inclinamentum — ΝΙΚ, cuius servata specimina ad praesentem adhuc nominum antiquiorum epocham pertinentia debemus Constantino Porphyrogenito, cui P. II. C. 32. ὁ ΓΟΙΝΙΚΟς cognomenum est viri principis filii Wlastimeri; το ΛΕΣΝΗΚ (Λέσνικ) vero et το ΔΕΣΝΗΚ sunt oppida Serbiae baptizatae, quae Porphyrogeniti aetate habitabantur. Appellativi ejusdem formae nominis praecipuum exemplum, casu recto pluralis numeri, Ditmarus Episcopus Merseburgensis in hunc modum duobus locis memoriae prodidit. Lib. V. pag. 366. — *in ea parte, qua satellites habitant, dicti Slavonice VETHENICI* (Wętenicy) Lib. VI. pag. 389. — *ductores erant duo Wethenici ex suburbio.* Constat profecto nominis illius, quod nobis tristi appellatione antiquissimum atque commune est: *грѣшници*, peccatores, casum rectum ab isto singularis numeri *грѣшникъ* deduci, cuius analogia laudatum Ditmari nomen pluraliter casu primo adductum, si recto casui *Wѣthenik* singularis numeri secundae Slavorum declinationis restituatur, ejusdem formae est cum isto *грѣшникъ*. Sed ut redeam ad illud cognomenum *Гоини*, quum ejusdem originationis in dialecto Bohemicâ adhucdum ista usu recepta supersint vocabula: *hogný, largus, uber, copiosus; hognost* (гойностъ) *ubertas, copia*, non adeo inepta foret illius nominis interpretatio, qua significaretur, subiectum ubertatem vel copiam afferens, seu

Πολυ-

Πολυσωρος, quod equidem hujus nominis proprii vim ingenio Slavico aptatam non vero faciem habeat. Illorum Serbiae oppidorum nomina significatu et usu adjectivorum **лѣтній**, **дѣній**, *silvestris*, *dexter*, etymologice facilius cognoscuntur quam Ditmari appellativum nomen *Wethenici*. Diu in originem hujus vocabuli ac ingenium Slavonicum in eo involutum inquisivi; sed amicus meus Dobrowsky meam industriam superavit, qui communicatis cum opinionibus de illo nomine diversis, talem porro ejus etymologiam invenit, ut aliam ista meliorem proferre nequeam, quae Slavorum ingenio et moribus antiquis dignior sit. Utar itaque amici studio et cognitione potius quam propria opinione, quod equidem ad radicem *Wēt* (вѣтъ) attinet, cuius ille in compositis nominibus: *zawēt*, *privēt*, *priwēten*, *newētochranitel* et *swēt* (свѣтъ) me monet, ut rationem habeam, qua satellitum Slavonica notio, et populare ingenium simplicius cognoscantur. Horum nominum illud penultimum, quod Dobrowsky in Codice suo Slavonico N^o V. signato ad Rom. I. 31. legit: **нѣвѣтохранитељ** ubi in contextu Graeco habemus *ασυνδετός*, et Vulg. reddit *incompositos*, Ostrog. edit. Slav. **непримиритељ**; et vers. eodem ejusdem Cod. V. **нѣвѣтохранитељ**, ubi originarius contextus habet *ασπούδως*; Vulg. *absque foedere*; Ostrog. **неклатвохранитељ**; illud, inquam nomen jam *pacis*, jam *foederis* involuto significatu, meo instituto aptissimum judico: quia partibus compositi nominis in principio et fine (*ne-wēt-o chranitel*) una cum jugo compositionis o rejectis, residua radix *Wēt* spon-

te mihi se offert, ut *Wētenicos Slavorum*, quos Ditmarus latine *Satellites* reddit, atque ductores appellat, *pacis ac foederis ministros* fuisse, seu virtutis hujus *rigidos custodes* arbitrer nominatos: nam sublata illius vocis e Cod. V. adductae particula negativa ~~не~~, ~~въ~~
 тохранитель (Wētochranitel) *pacis aut foederis custodem* significat: et alia forma simpliori, sine adminiculo alterius nominis in compositionem ducti, *subjectum*, cui *pacis* aut *foederis conciliatio committitur*, recte inclinamento — *никъ* (Wētenik) notatur, quo nomina ministrorum aut rei cuiuspiam curatorum, artificum praecipue signantur. Ex compluribus hujus formae nominibus, illa duo in diplomate Wratislai jam supra laudato a Dobrowskyo Historiae Ling. Boh. pag. 64. et 66. observata: *Časnici* et *Rudnici* (чашици, թձնիչ, a vocibus *чаша* et *թձա*, *calix* et *metallum*, quorum illi *Caliciarii* dicuntur in diplomate, isti *ministeriales*, vulgariter *Rudnici*, hoc est metallici) majorem veteris linguae communionem demonstrant: nunc enim Bohemi tantum postremo nomine *ruda* et adjectivo *rudnj* utuntur; illius vero proprii, puri atque antiquioris Slavonici nominis loco *rudnjk*, nescio quo auctore voce peregrina *häuser* (Hauer) uti cooperint, longe inferioris metalli, ac sit illud popularis ingenii proprium, perspicuum, atque denominatum a majoribus nostris vocabulum *Rudnik* Saeculi XI. auctoritate diplomatica firmatum. Gratissima igitur nobis debet esse diligentia Merseburgensis Episcopi, cui servatum debemus nomen Slavonicum *Wētenik*, quo *pacis ac foederis antiquiora majorum*

nostrorum studia confirmantur, et mores cognoscuntur eorundem ingenii, quibus in cogitando ducti sunt, ut ministros ad tutelam humanitatis constitutos eo appellarent nomine, cuius primitiva significatio in societate hominum desideratissima est. Profecto, si moribus ritibusque, legibus et *cognitionibus*, aut philosophia populari character cuiusque gentis continetur, qui tamdiu originalis manet, quamdiu illa gens alteri nihil debet, quod velut mutuo acceptum alia natio jure possit repetere; jam illud *vetus Slavonicae gentis ingenium*: malle propriis moribus vivere, suarum observantia legum dirigi, imo a popularibus praefectis atteri, (ut Leo Sapiens in *Tacticis* observavit) quam alienis legibus subesse, originariae quidem nationis speciem habet; nec tamen vel sub illud Saeculi VI. tempus, ex quo primam *Slavorum* tenemus memoriam, de puritate morum atque rituum eorundem originaria, et nulla ratione consuetudinibus aliarum gentium permixta, nobis constat. Maxime cum harum rerum historiae longinquus temporis lapsus magnam vetustatem attulerit; et qui postea de *Slavicae gentis* moribus aliquid memoriae prodiderint, pauci omnino sint, melioris tamen fidei scriptores, quam sibi videantur esse recentiores nonnulli; quasi jam *veritas* esset *occupata*, nihilque *ex illa etiam futuris relictum* sit, ut hi a novis rebus vetera discernere monumenta, et pretia istis non ex opinione, sed ex natura rei gestae imponere nequeant.

Mihi

Mihi sane veteri Slavorum ingenio et characteri cognoscendo nihil aptius atque utilius videtur, quam si hae antiquiores memoriae, quas de moribus ritibusque eorum Procopius Caesariensis, Jordanes, Leo Sapientis et Constantinus Porphyrius litteris tradiderunt, cum antiquioribus Slavorum vocabulis, non e lexicis vulgaribus excerptis, sed veteri auctoritate probatis identidem conferantur: perversa enim est rerum comparatio, dum recentioribus *cognitionum* signis veteres gentium consuetudines coaptatae pro rebus omnino gestis obtruduntur; aut pro memoriis auctorum aetate superiorum propositae recentiores de moribus narrationes, singularis cuiusdam Slavicae stirpis vel sectae hominum, ad universam gentem extenduntur. Quam ob rem benevolus lector mihi veniam dabit antiquiorum vocabulorum specimini et philologicae observationi diutius intento, ut mores ritusque Slavorum antiquiores, de quibus Cap. sequenti breviter agam, propriis *cognitionum* signis, quantum equidem possum, illustrentur et confirmentur. Necessaria igitur mihi videtur esse heic loci quaestio philologica de posterioris dimidii VII, magis vero IX. Saeculi fatis vocabulorum Slavenicorum: quod novis *cognitionibus* susceptis, maxime Christianae eruditionis, a moribus atque ritibus paganorum Slavorum alienis fieri non potuerit, ut aliqua cummutatio in verbis et usu vocabulorum non intercederet. Proinde lingua novae institutionis doctorum in sacris ritibus adhibita, et disciplinae sacrorum propriae consuetudines notandae sunt, ut originibus ad-

adquisitarum cognitionum perspectis, ordine quodam in sensum vocabulorum deducamur. Mecum equidem constitui infra Cap. IV. de initiis laudatae Slavorum eruditionis observationes, tum veteris, tum recentioris philologiae Slavorum causa perscribere; sed jam heic necesse est, animadvertisimus: prima eruditionis Christianae initia Slavis Illyrici, Serbis nimirum, tradita fuisse dimidio Saeculi VII, a Presbyteris Latinis, ut Constantinus Porphyrogenitus clare innuit, P. II. Cap. 32. *de Serblis et de regione quam nunc ipsi incolunt* scribens: — „regiones illas „Serblis habitandas Imperator dedit, cui „etiam subjecti erant, a quo etiam baptizati fuere per Presbyteros Roma accersitos, „et pietatis opera edocti antiqua fide accepta.“ Nescio tamen qua ratione factum sit, ut nihil monumentorum ex illius aevi Christianis institutionibus lingua Slavica redditorum, quantum equidem mihi constat, usque in praesentem diem fuerit detectum; nisi fortassis illae voces ad laudatam aetatem pertineant, quas posteriores, saeculo nimium dimidio IX. complurium Slavonicae gentis stirpium Doctores Graeci Cyrillus et Methodius in Versione Slavica Sacri Codicis, velut civitate Christiana donatas, adoptarunt; et quarum intelligendarum facultatem tantummodo Latinus loquendi usus suppeditare valet. Cum itaque Slavonice de Sacris Christianis consuetudo loquendi duabus linguis, *Latinae* nimirum et *Graecae* diversis temporibus, diversorum Doctorum opera, apud eandem Serborum gentem velut fundamentis innitatur; quo magis indoles vocabulorum

Iorum *Ante-Cyrillianorum*, cum *Slavinitatis antiquissimae*, tum postea illius latinissantis, maxime istius e dimidio Saec. IX. alphabeto proprio et Versione Scripturarum graecissantibus, distincte ac perspicue cognoscatur, quaestionem instituo:

§. 4.

An et qualis varietas institutionibus Christianis Latinorum, magis vero Graecorum Doctorum in Slavonicum sermonem inducta fuerit?

Jam iis temporibus, quae Cyrilli et Methodii conatus in erudienda Slavorum gente praecesserant, aliquam in eorum sermonem varietatem fuisse inductam non solum diversitate regionum, in quas commigrarunt, verum etiam exactis jam aliquot saeculis a prima coloniarum deductione, et non uno ad curandam societatis cujusque publicam salutem populari modo, quibus praincipue linguarum vetus consuetudo sine ulla commutatione diu perseverare nequit, nemo facile contradixerit fatorum veteris cuiuspiam linguae non ignarus. Nolim tamen, neque possum, veterum huic rei necessariorum monimentorum defectu, quidquam omnino aseverare, quo diverticulo ante Cyrillum sermo patrius unius majoris Slavorum stirpis, ab alterius familiae itidem Slavicae loquendi genere diversus fuerit; licet jam *Eginhardus* vel suo tempore animadverterit, non omni

omni penitus in sermone consensu Slavos convenisse, quum scribat eos, qui Germaniam incoluerunt 75), *lingua paene similes fuisse, moribus autem atque habitu valde dissimiles*. Quamquam talis dissimilitudo et diversitas sive in linguam Slavorum, sive in praecipuos eorum mores vix inducta fuerit, ut in quadam externa varietate ac disjunctione modi loquendi provincialis, non manerent conjuncti maximo totius gentis vinculo substantiam sermonis originarii et praecipuos morum characteres conservante. Profecto Leo Sapiens tantam adhuc suo tempore in moribus antiquis perseverantiam apud Slavos observavit, ut hi suscepto sacrorum Christianorum instituto non paterentur commutationem fieri in eo, quod sine noxa servari poterat.

Qualis autem varietas, primum quidem institutione Latinorum, deinde magis Graecorum doctorum eruditione in Slavonicum sermonem saeculo IX. fuerit inducta, non aliunde in illo prioris institutionis monimentorum defectu repetere valemus, quam ex libris Divinis et Ecclesiasticis a Cyrillo atque Methodio Slavonice redditis. Cum etenim de verbo Dei Slavonice dicendi aequae ac scribendi origo ex illorum versione ducta sit; et constet laudata Cap. II. §. 1. Nota 7. vocabula a praefatis doctoribus adoptata, non

75) *Inter quas fere praecipui sunt: Veletabi, Sorabi, Abotriti, Boemani.* Eginhardus in Vita Caroli M.

non Graecae, sed Latinae faciei esse; facile
apparet in eadem Versione esse basin varieta-
tis et proprietatis Ecclesiasticae Slavorum
linguae antiquioris repositam. Igitur utrius-
que rei causa in reperiendum Slavonice de
sacris loquendi usum, eam propemodum cu-
ram impendere debemus, quae de reperiendo
usu Graece dicendi ac scribendi de Sacris
praecipitur. Sed heic decernere aliquid, be-
ne Slavonice dictum quidquam sit nec ne,
difficilius est, quam quis credat ante ope-
ram huic studio diligentius impensam: nul-
lum enim Slavonica Scripturarum Sacrarum
Versione antiquorem librum habemus; et
in tota hac re prius videndum est, ut exem-
plis utamur Versionis, quae ducta sit e Codd.
antiquis et bonis, ne vitiis ac interpolatio-
nibus librorum decipiamur. Atque etiam
plures non tantum Ruthenicae, verum etiam
Serbicae et Glagoliticae, imo et Bohemicae
familiae Codd. conferendi sunt; ut, quid
antiquiori auctoritate, analogia et ratione
nitatur, vel consensu distinctarum stirpium
comprobetur, vel observata dissimilitudine,
remotiores aut interpolationibus turbati fons-
tes detegantur. Certum enim est, non solum
Glagoliticos Codd. Slavo-latini ritus, qui e
Versione Cyrillica primam originem trahunt,
saepius refictos fuisse ad normam Vulg. Lat.
imo nostra memoria sub *Benedicto XIV. R. P. de Slavis* utriusque ritus optime merito,
scimus opera *Matthaei Caramani* Archiep.
Jadrensis, eas Scripturarum partes, quae
Missali Romano continentur, ita Slavonicum
e Ruthenicis exemplis loquendi modum sen-
sui et lectionibus Vulg. Lat. aptatum acce-
pisse

pisse, ut is, qui *Missale Romanum Glagolicum A. 1741.* cum Ostrogensi Slavonica editione Bibliorum contulerit, facile perspiciat Caramanum hujus exempli Slavinitatem et interpretationem, 76) ubi variae lectiones in-

- 76) Diversas equidem Vet. et Novi Testamenti Scripturarum partes Caramaniana correctionis Missalis Romani contuli cum editione jam supra laudata ejusdem Romani Glagol. Missal. A. 1631. nec non cum Ostrogensi Bibl. edit. atque Mosquensi tertia; factaque collatione animadverti, in emendandis, et a vulgaris linguae Dalmaticae formulis loquendi repurgandis lectionibus Scripturarum potissimum laudato Ostrog. Bibl. exemplari usum fuisse Archiepis. Jadrensem; sed hoc nec semper, nec ubique, neque in omnem modum ab eo factum alseveraverim; etiam antiquiores recensiones Ostrogensi, et recentiores ista editione adhibitas observo, ea maxime ratione, ut Vulgatae Lat. contextus veteri Slavinitati restitueretur. Itaque conatu isto factum est, ut subinde cum nullo dictarum recensionum exemplo Caramanus conveniat: velut *Prophetia XI. Sab. S. Deuteron. XXXI, 27.* ubi verba των ὁ: παραπιρανούτες ητε τα προς του θεου — Ostrog. reddit ράχηγνήβали єсте га — Miss. Rom. Glag. 1631. виин стежановасте на га — Mosq. Edit. 3. превгорчаше кийсте ГА — Caramanus vero Vulg. Lat. etymologice reddidit: εβαρην
Δέκαсте на ГА. Contra autem in antiquis vocibus vel omnes quatuor subinde convenient; vel junior Codex Ruthenicus concordat cum Glagolito; vel demum Glagoliticus Caramani convenit cum Mosquensi, ut laudato Deuter. loco:

inter Graecum textum et Vulg. Lat. non intercedunt, repurgandis a vulgari sermone pericopis laudati *Missalis* intulisse. Inest tamen saepe prioribus ista Caramani correctio-
ne Codd. Glagoliticis antiquior vocabulorum Slavinitas Serbicis et Bohemicis vocum for-
mulis analoga, ubi Ruthenicae recensiones novis vocibus, et forma loquendi a veteri Sla-
vinitate paullum declinante, interpolatae sunt ex Russicae dialecti consuetudine. Ad varietatem itaque Graecorum Doctorum eruditio-
ne in linguam Slavorum inductam quod attinet, id *universe* spectata indole inprimis ejus Versionis Slavicae ex archetypis Grae-
cis translatae observari debet: illam non esse talem ac tantam, ut dialectum eo jam tem-
pore constitueret a modo loquendi Serborum saec. IX. diversam: quia nec in formis no-
minum ac verborum inflexione aliisque praeci-
puius partibus grammaticis disjunctio opera laudatorum doctorum facta est, quae dissimilitudinem ad rationem dialecti necessariam per singulas etymologiae partes inducere so-
let; neque construendorum verborum ratio ab illis ita neglecta est, ut non appareat praeci-
puius junctorum Slavici sermonis membro-
rum character. Sed, quum Scripturarum Sa-
crarum notionibus ingenium revelatae cum-
pri-

contentionem tuam et cervicem tuam durissimam
Miss. Glag. 1631. vertit: стезаніе твоє, и вию
твою жестокію — Caraman: рвніе твоє, и
вию твою жестокію cum Mosquensi —
Ostrog. разгніваніе твоє, и вию твою жесто-
кію.

primis doctrinae continentibus patria lingua Slavorum populo tradendis certa deessent verba, quibus illi res prius ignotas cogitatione complecti et sermonibus celebrare cupiebant; necessitate inducti sunt doctores nostri nova vocabula linguae Slavonicae coaptare, hac ratione velut magis ab erroribus remota et rectrice usi, ut eos imitarentur, qui eidem studio sacrae interpretationis addicti exemplo, et ad alios propagatae imitationi praeiverunt 77). Itaque Versionis Graecae V. T. Alexandrinae, oeconomiam in interpretando sequuti, complura vocabula Graeca non interpretata Slavonice tantum per casus inclinaverunt; raro aliquod nomen ex duabus vocibus altera Graeca, altera Slavonica composuerunt; sed plurima vocabula reddiderunt etymologice, ut facies eorum Graeca haud difficulter agnoscatur; frequenter tamen vim Graeci verbi voce ingenua Slavorum interpretati sunt. In hoc tamen vocum genere diligenter cavendum putaverrim, ne verba nostrorum Interpretum exquisitus dicta e vulgaribus lexicis intelligamus, eosque a vero sensu aberrarse temere judicemus: observationibus enim quibusdam grammaticis opus est, quas illi adducere solent,

77) Versionis Septuaginta Interpp. graecitas hebraizans, et Vulgatae, cum primis Antehieronymiana latinitas graecissans philologicis observationibus expendatur; nec porro difficile fuerit, imitationis exempla, seu Slavinitatem graecissantem in Versione nostrorum Interpretum animadvertisse.

lent, qui de usu Versionis LXX. V. T. ex
indole hebraicae consuetudinis praecepta et
cautiones proponunt. *Simplicitas cordis* fre-
quenter ab Apostolo laudata in Slavonicis
Codd. utriusque litteraturae redditur *просто-*
тъ *那么简单*, et *simplices* dicuntur *прости*, voce
opposita duplicitati et compositioni; sed
Matth. X. 16. divini illius oraculi: *Estote er-*
go prudentes sicut serpentes, et simplices (*αχε-*
ραιοι) *sicut columbae — simplices* in Glagoliticis
Rom. Codd. sunt *прости*: in Ruthenicis *цѣли*,
integri, quam interpretationem antiquiorem
else puto (innixam Versioni Syriacae, pro-
ut haec in contextu **ΑΜΙΜΗ** habetur) eundem
sensum reddentem, quem habet *integritas*,
dum refertur ad animum; sed etiam ad sani-
tatem corporis relato significatu verbi *цѣлю*,
integro 78), derivatorumque usus in Slavo-
nica Versione frequentius occurrit; in Evan-
geliario Bohemico Vindobonensi unum tan-
tummodo exemplum inveni de manu arida in
integrum restituta dictum, ubi *чеза* habetur
pro *здрава*, prout adhucdum Mosquensis
Edit. 3. *цѣла* Marci III. 5. eandem vocem
servat. Igitur veteribus Bohemis verbum
цѣлю, *celju*, *celjm*, *celiti*, *medicari*, *sanare*
procul dubio in usu fuerit, cuius derivatum
цѣ-

78) Seu integrae sanitati restituo, ut Matth. IV.
ἵα цѣлаѧ віакъ нεδѣгъ — θεραπευων πασαν υօօου.
Act. III. 16. *Δαδὲ ἐμὸς βεβο үѣлость — εδωκεν*
αυτῳ την ὄλοκληριαν. Joan. V. 6. *χόψεши ли үѣлъ*
кыти; Θελεις ὑγιης γενεθαι; chcessli cel (*здрав*)
бýti ?

ѹклитель, celitel, *medicus*, Slavonicum nomen meliori philosophia mihi videtur fictum, quam nostrum Лѣкарь, cuius forma non ita denominato significatu *integratorem*, aut restitutorem sanitatis, quam medicamentorum confectorem significat; non itaque idoneum nobis deesset vocabulum vetus, quo alterius linguae offendiculum declinare possemus, usū illius vocabuli ѹклитель revocato, nisi vocibus utendum esset sicut numo. Nec enim ea ratione vocabulum laudo, ut illud praesentis usus antiquare, et antiquatum audacter restituere velim; sed, ut demonstrem linguam nostram adeo inopem non esse, ut nonnisi hoc nomine Лѣкарь valeat *medicu[m]* significare: imo habeat fontem Slavonicum, e quo licentia sumta prudenter aliud tertium in Codd. Cyrillicis et Glagoliticis servatum nomen *medici* врачъ repetere possit, quod Lucae IV. 23. Mils. Rom. 1631. et Caraman. edit. constructum cum laudato verbo ѹкли feria 2. Dominicæ III. Quadrag. legitur: врачю, исѹкли самъ — Ostrog. врачю исѹкли самъ; *medice cura te ipsum*. Sed, quo facilius illa varietas vocum a Cyrillo et Methodio in Slavonicum sermonem Ecclesiasticum inducta percipiat, nonnullis singularum hujus dissimilitudinis specierum exemplis eam illustrabo:

α)

*Graecae voces non interpretatae rejecta termina-
tione Graeca inclinamento Slavorum per casus
ducuntur in Codd. Ruthenicis et Glagoliticis,
cujus modi sunt:*

Ἄδη,	Ἀδης,	Infernus.
Ἄρχιερεй,	Αρχιερευς,	Princeps sacerdotum.
Ἄσφαλτος,	Ασφαλτος,	bitumen.
Ἐχίνα,	Εχίδνα,	vipera.
Ἴκόνα,	Εικων,	imago:
Δίβανъ,	Διβανον,	thus.

Sed horum non interpretatorum nomi-
num, ut sunt exempla plurima in peculiari-
bus lexicis Slavorum Ecclesiasticis, suo loco
pro-

79) Quia Glagolitici Codd. antiquarum vocum, substitutis recentioribus vocabulis, commutatio-
nem prae Serbicis Graeci ritus exemplis majo-
rem passi sunt; etiam illa vox ἄδη jam in anti-
quissima Slavonici Missalis Romani editione ty-
pis Bindoni Venetiis A. 1528. in 4. characteribus
Glagoliticis vulgo Hieronymianis adornata, nescio
qua temeritate, mutata fuit in oratione pro de-
functo *die depositionis*: licet enim alibi locorum
dicti Missalis laudatam vocem ἄδη, (litteris
Cyrillicis Glagolitarum loco heic utor) мѧкъ
адовићъ legam; tamen citato loco lectionem
мѧкъ вѣчнићъ pro illa priori substitutam inve-
ni; sed Correctores Romani hacce deleta priorem
antiquam ab ἄδη derivatam restituerunt. Pro-
fecto hanc vocem polysemam nostri Interpretes
prudenter non interpretatam Slavonica civitate-

proferendis, jam collecta; tamen inter ista Scripturarum, et alia Cyrillo antiquiora, themate ac significatu verba eadem Slavonica cum Graecis, discrimen hoc interesse noverimus: ut illa solum Biblicis vocabulis vetustiora comparationi philologicae (quod equidem ad antiquissimam linguae Slavicae cum Graeca connexionem attinet) idonea sint. Nam similitudinis illius antiquioris ratio pendet ex origine gentium et consuetudine; hujus vero recentioris, a Sacrorum Christianorum traditione causa repetitur. Quamquam nostris Interpretibus Slavonica verba, reddendis vocibus Graecis, saepe non defuerint; tamen propter vernaculum uniuscujusque linguae idioma, ne istarum vis interpretatione tenuaretur, et vestigia, ut ego quidem arbitror, manerent originarii sermonis Ecclesiastici, observata est in non interpretandis quibusdam vocibus consuetudo Ecclesiarum. Profecto, ut Carolus Schaaf praefatur 80) ad lectorem: in universum habere Syriacam linguam inde ab Alexandri Magni temporibus, plurima intertexta vocabula Graeca, ut abunde huic assertioni fidem facit Syriaca N. T. Versio; ita sermo Slavorum jam e Saeculo VI. non potuit vicinitate sedium, bello, et postea consuetudine cum Graecis complura istorum vocabula non adoptare; sed

donarunt, quum non haberent propriam, qua Graeci vocabuli vis ubique sine offendiculo significaretur.

80) Vid. *Lexicon ejus Syriacum concordantiale Novi Testamenti. Lugduni Batavorum. 1717. 4. Tom. I.*

sed longe magis imitatione Ecclesiae Copticae id factum est, cuius non tantum oeconomiam in vertendis sacris Codd. mihi videntur Cyrilus et Methodius sequuti, verum etiam clare apparet alphabetum Slavonicum ad normam Coptici ab iisdem fuisse concinatum, quod jam eruditii quidam viri passim animadverterunt, et a me Vol. II. Cap. II. exponetur. Jam haec sola non interpretarum vocum Graecarum exempla, quae Slavonicae Versionis utriusque litteraturae Ecclesiasticae Codicibus adhucdum insunt, quae-
rentes criticos: quo fonte illa Versio fluxerit? facile in hanc opinionem inducere poterant, eam e Graeco contextu translatam fuisse; ita quidem, ut in Codd. Glagoliticis diverso conatu et saepius ad Vulg. Lat. recensionem refictis illa originariae Versionis Slavicae archetypa monimenta aboleri non potuerint: quo enim isti Codd. sunt antiquiores, tanto plura laudati generis vocabulorum specimina continent.

Graeca et Slavonica voce compositorum nominum exemplo est ἱδωλοθέντες, *idololatria*, ex voce ἱδωλος Slavonice ducta a Graecorum vocabulo εἰδωλού, et τάθέντες Slavorum nomine, quo *obsequium* vel *cultus* continuatae actionis forma significatur. Licet ex duarum linguarum vocibus conflatum sit hoc, aliaque hujus modi nomina, tamen illud omnino hybridum vel ideo appellare noluerim, quia civitate Slavica donatum pro populari habetur, et simplici forma usum obtinet: nec enim, si recte commemini, temere vocabula Graeca cum Slavicis conjunguntur, sed spectata simplicis vocabuli Graeci ratione ad usum

usum Slavonicum translati. Etiam his vocibus consilium et prudentia, non vero paupertas locum dedit; quam in re philologica, cum primis sacra, oeconomiam illi non satis justo moderamine rationis expendisse mihi viderentur, qui eorundem vocabulorum causa Slavicae Versioni centonis convicium inferre auderent, ut hoc Versioni Copticae illatum nuper legi. Jam pridem Graecia complures barbararum gentium voces in suum sermonem intulit, quin tamen ei objectum fuerit pannosi operimenti genus; neque Syriacae Versioni vitio dantur servata Graecorum vocabula. Sed etymologicē in linguam Slavonicam traslatarum Graeci ingenii vocum exempla indolem nostri sermonis Ecclesiastici magna parte illustrare posunt.

β)

Slavonice redditā Graeci contextus vocabula significationem etymologicam frequentius expressam non uno speciminis genere suppeditant.

Duplex potissimum verborum genus heic observandum puto: aliud, quod omnino antiquius est, nec satis scio, an ex originibus et cognatione antiquissimorum Europae populorum, an ex consuetudine veteri Slavorum cum Graecis repetendum sit; an vero illud ad experientiam et imitationem referre debeam. Nihil in moribus veterum Slavorum, teste Procopio Caes. et Leone Sapiente, antiquius est libertate, quae illis *свобода* dicitur auctoritate Codd. Cyrillicae et Glagoliticae litteraturae, unanimo consensu, etiam pra-

cipuarum dialectorum, ut Bohemicae, qua libertas eadem enuntiatione litterali *Swo-
boda* profertur; et Dalmaticae, in qua elementum *в*, cum *л*, commutatur; *Sloboda* enim Dalmatis idem est, quod nobis voce libertatis continetur. Non est mei instituti, sive de licentioso abusu illius, sive delictis contra eandem alio peccandi genere, heic agam, quod alii Scriptores jam animadverterunt: philologicae tantum originationis pensi habeo. Etymologica significatio hujus vocabuli *свобода* convenit cum illa vi nominis Graeci *αὐτεξεστις*, libera potestas, potestas quae sui juris est, suique arbitrii; et quemadmodum *αὐτεξεστος* deducitur ab *αυτος* et *εξεσις* nota resolutione in *εξ* et *ειμι*, eumque significat, qui suae potestatis est: ita Slavonico nomine *свободъ* 81) *свободный*, а про-

81) Edit. Ostrog. ad *Galat.* IV, 26. *а въшний
иерими и свободъ есть.* Missale Glagol. A. 1631.
свободанъ є. Caramani editio Domin. IV. Quadrag.
Lect. Epist. *свободъ* cum tertia Mosquensi. Illa vero verba versic. 24. *εις διλειαу гевоца utrumque* Missale Glagolit. legit cum ista Mosquensi: *въ
ракотъ раждай.* FF. Bohemi reddiderunt: *к
тансиѡ зреозугису.* Рогити, in antiquis legibus Rulsorum, ut illa *Wladimiri Wsewolodowicz²* Monomachi Cap. IV. *о законѣ de mancipio*, idem est, ac *in servitutem redigere*, libertate privare. Conf. Правда Русская или Законы великихъ Князей Ярослава Владимира и Владимира Всеволодовича Мономаха — Typis S. Synodi regentis A. 1792. 4. Glossemata Slavonica in hac Legum editione Mosquensi originarii contextus

pronomine *съо́й*, *suis*, (quod pronomen Slavi regulariter 82) de omnibus personis, et non

so-

Slavonici cum translatione Russica, egregie exponuntur, multumque dialectum veterem Bohemicam, et fragmenta Legum nostrarum antiquiorum illustrant, ut Capite sequenti exemplis comprobabo.

- 82) Celebres Grammatici Slavorum: *Meletius Smotriskius* Archiepisc. Hierapolitanus et Archimandrita Dermauensis Ord. S. Basilii Magni in sua Grammatica litteralis dialecti, de *constructione Pronominis* Cap. III. Reg. 5. Edit. Vilnensis 1619. 8.; *Georgius Constantius* e S. J. in critico-grammatico opere Pragae edito A. 1667. 12. quod inscripsit: *Lima linguae Bohemicae.* To gest: Brus Gazyka Ceskeho. pag. 185—190. de eadem pronominum constructione; nec non *Paullus Doleschallius Szakolcza — Hung. Grammaticae Slavico - Bohemicae* jam supra laudatae P. III. Reg. 23 et 24. De *Reciprocis* (въ взаимныхъ) pronominibus *съе*, *съѣ*, *са*, *съо́ю*; *сеbe*, *sobě*, *se*, *sebou*; *sui*, *sibi*, *se*, *secum*; itidem de Reciprocis derivatis *съо́й*, *съо́а*, *съо́е*; *съиг*, *съá*, *съé*; *suis*, *sua*, *suum*; cum aliis partibus orationis construendis, auctoritate Versionis cum Slavicae litteralis, tum Bohemicae statuunt, ut in omni numero et casu, non tantum quando tertia persona, sed etiam quando prima et secunda persona transit in se ipsam; seu quotiescumque casus obliqui pronominum *ego* et *tu* (si nimirum dictio Slavice proferenda Latinae concipiatur) ejusdem personae et numeri sunt, cuius est *verbum* eos regens, utamur illis pronominibus reciprocis: quod itidem intelligen-

solum de tertia dicunt, sicut olim Graeci
83)

dum est, quando dicta prima vel secunda persona transit in rem a se possessam; modo absit amphibologia. Exempla hujus Atticae constructionis plurima sunt: Joann. Cap. V, 30. Ήεμόργδ ἄρχω ὁ εἰς τὸν τύπον τοιούτοις — Οὐ δυναμαι εγώ ποιεῖν απ' εμαυτῷ (έαυτῳ) εδεύ — Nemo huius gā sám od sebe nic činiti. Ejusdem Cap. XVIII, 34. Οὐ εἰπέτει τὸν εἰς γλαγόλεων; Αφέαυτῳ συττετο λεγεῖς; Sámli od sebe to prawjë? Genes. XI, 4. τοῦ ιακώβου εἰς τὸν γραδὸν — οικοδομησωμεν εαυτοῖς πολὺ — νεῖντε μονάδες město — faciamus nobis civitatem. Lucae XII, 33. τοτύποντε εἰς τὸν βλαγάλιψα νενετσαίουψα — ποιησατε εαυτοῖς βαλαντια μη παλαιωμένα — delyete sobě pytlíky, kteříž newetsségi — facite vobis succulos, qui non veterascunt. Ad Galat. V, 14. Milowati budeš blížnjo swého, gaťo sebe sameho: diliges proximum tuum (suum) sicut te ipsum (se ipsum); ubi Mosquen. tertia priori loco posuit τύπον — σε, et posteriori tantum reddidit eandem phrasin Graecam ως εαυτού — ἕακοже се. Causam laudatae constructionis nostri Grammatici reddunt istam; quia persona verbi trahit ad se personam pronominis primitivi εἰς, sebe, sui, et derivati ερών, συνός, suus, transeuntem in seipsam; tum quia pronomen sebe est omnis personae, habetque casus eosdem in duali et plurali numero, quos in singulari, quin hoc perspicuitati quidquam obsit: quum ejusdem personae reddatur pronomen sebe, cuius personae ac numeri est verbum, cum quo illud construitur. Et, si mihi licet Slavonicum personae vocabulum osobatъ тълка interpretari, ejusque vocis originem dice-

83) dictum volebant pronomen ἐος ut ἔαυτος
de omnibus personis) et verbi ἔτιμον futuro
εστάτη

re, sicut *Gabius Bassus a personando Latinum personae vocabulum factum esse conjectat* (Conf. A. Gellii N. A. Lib. V, cap. 7.); nescio, an meliori philosophia majores nostri vocabulum Οσοβα (ωτόκα) a primitivi pronominis sebe narrativo casu: ο σοβε (ω τερκ) de se, significantius quam Latini formaverint et communione omnibus personis propria, et jam suapte id significante, quo pronomen personae intelligitur. Hinc illa derivatarum vocum significatio: οσοβη, ότοκηνый, singularis, unicus; οσοβημ, mihi vindico, cet. Profecto ut sunt pronomina in omnibus linguis antiquissimae originis, et stamina plurium vocabulorum; ita quoque primitivum pronomen sebe, cuius inflexio Bohemica in casu dandi et narrandi: sobe, o sobe, collata cum appellazione Slavica personae ωτόκα, videtur antiquior esse Serbico litterali enuntiandi modo: τερκ ω τερκ, originemque vocis derivatae clarius manifestat. Conferantur etiam voces Dalmaticae: Sobstvo, persona; Sobstvost, personalitas.

83) Homerum et Lucianum in testimonium adduco:
ille Odys. I. vers. 28. cecinit:

871 εγωγε

Ης γαιης δυναμει γλυκερωτερον αλλο ιδεσαι
— — — — — non quicquam ego
Meae ipsius (ejus) terrae possum dulcius aliud videre
Et vers. 34.
Ως 8δεν γλυκιον ής πατρίδος 8δε τοκηνων
Γινεται — —
Ut nihil dulcius sua patria neque parentibus
Est — —
Item Odys. N. v. 320.

ε8Δ8, ero 84) derivato, ille significatur, qui
sius semper futurus est, vi futuri temporis
more

Αλλ' αιει φρεσιν ἡσιν εχων δεδαιγμενον ητορ
Ηλωμην — —

Sed semper mentibus propriis habens confectum cor
Erravi — —

Ad hunc versum Scholiastes Cod. MS. Caesar.
CXXXIII. non perspecta loquendi formula nota-
vit: nothus est versus, quia pro εμησιν habet
ησιν. Sed longe melius Cl. Ernesti animadvertit:
Hoc pronomen, ut εαυτος de omnibus personis
dictum videtur. Quam ob rem J. M. Gesnerus
ad illum Luciani locum de Parasito T. II. pag.
845. edit. Reitziana: „nisi quod non habeas
„artem, qua servare te (εαυτον) possis“ ita ad-
notavit: Non metuo, ne quis Graece doctus ob-
jiciat pronomen εαυτον: hoc enim aequae secundae
ac tertiae jungi posse translatitium est. Confe-
ratur etiam adnotatio J. F. Reitzii qui plura
Scripturae S. citavit loca, ut ostenderet εαυτων
else omnis personae. Iste loquendi modus quam
proprie in omni varietate pronominis primitivi
ac derivati in linguam Slavonicam transferatur,
et quantum luminis contextui Graeco ex analo-
gia linguae nostrae, huic vero quantum pretii
ex illo consensu Graecae constructionis accedat,
pluribus exemplis atque melius ex proposito Cl.
Professor Alter in Praef. ad novam edit. Odyss.
docet, cui quotidiano meorum studiorum socio
et adjutori debeo praesentium observationum in-
dicia.

84) Vel ab Imperativo εθди, unde sit εκο-εօδъ,
ob и litteram in praecedentem А molli conso-
нante sono transeuntem; ut fit apud Bohemos,

more orientalium subinde perennitatem significantis. Igitur, sive propria experientia, sive Graecorum imitatione Slavicum nomen libertatis *Swoboda* majores nostri finxerint; tantum a veritate abest opinio illa: nullum esse *libertatis* vocabulum in lingua Slavorum, eosque ignaros vocis, usum tantum illius habuisse, ut etiam istius nominis vetus auctoritas et philosophia cum Graecis non solum vi et potestate, verum etiam analogia Grammatica conveniat. Huic antiquiori vocabulorum Slavonicorum cum Graecis etymologice convenientium generi nomen *annuli* περιγένης, *prsten*, δακτυλίος, adscripserim, cuius etymologica significatio Graeci ingenii est: nam Slavis περτζη, *prst*, digitum significat, quos ante Cyrilum annulorum usum habuisse nemō facile negaverit; quin tamen ego audeam asseverare, Slavos laudati nominis etymologiam a Graecis mutuo acceptam in suum intulisse sermonem. Porro alterum genus vocabulorum est, quibus lingua Slavonica occasione Versionis Sacr. Script. ex archetypis Graecis ingenium novas formandi voces accepit, maxime sublimioris doctrinae notionibus exprimendis necessarias; quae, si etymologice convenienter etiam cum Vers. Latina, nolim eas in classem Graeci ingenii vocabulorum omnino redigere: exempli causa Act. V, 34. νομοδιδασκαλος — Vulg. verit legisdoctor — Slav. Interp. Законодатель — dubium ergo nascitur, an etymologica signi-

qui dicunt буđ pro буди, nisi jungatur *ε, будиž,
(бдиже.)

significatio a Latinis doctoribus tempore prioribus, an a Graecis deducatur. Itaque voces eligi debent, quarum latina interpretatio faciem Graecam non habet, etsi vim subinde Graeci nominis habeat; ut Psal. XVII, 3. ὑπερασπίζου με, ex archetypo Hebr. **שׁעֲדָה** scutum meum, formato nomine illius adjutoris, qui tamquam clypeo alios texit, quique Vulg. Interp. dieitur *protector*; ubi Slavo Interpreti verbum ex verbo Graeco ducere placuit praepositione **за** pro, cumulata significatione, et **щитъ** *clypeus*, addita terminatioue — итель ab Infinitivo **защитити** *clypeo tegere*, et forma nominum — ель subjectum perfectae actionis significante **защититель**, sicut a verbo **учити** *docere*, formatur **учитель** *doctor*. Subinde ingenium Graecum tantum in compositionis parte apparet, ut in hac voce ευσεβεια, **благочестие** *pietas in Deum*, *religio*, formata a **благо** — **ευ**, et честь 85) **ест**, qua primario ho-

85) Bohemi *Religionem* appellant **Лáбоženstwj**, quam vocem antiquorem esse puto, et vim eandem verborum continere, quibus ea significantur, *quae ad Deum spectant*, forma nominis collectivi significatus: ita quidem, ut illius praecepti *Isocratis Orat. de Officiis* pag. 9, edit. Cantabrig. Ηρωτού μεν ουν ευσεβει τα προς τας Θεους — *Primum igitur circa ea quae ad Deos spectant pie te geras* — **καικοζηλιαν** pluralitatis deorum minime contineat; sed usu philosophiae Slavorum sacrae antiquioris, imo traditione Japheticæ stirpis majorum, unius Dei creatoris et conservatoris hujus universi cultum respiciat; quam ob rem in Versione nostra Sacr. Script. adhiberi

honestas, honor significatur, adjecta collectiae significationis forma — *ιε*, ut hoc diverticulo significationis idem intelligatur, quod *ευτεβεια* sensu Scripturarum designat. Hujus compositionis ex voce *ελλαρο* — et huic contrarie opposita *σλο* — aliisque partibus orationis Graecorum ingenio formatorum nominum plurima habemus exempla, ut mirer admodum eos, qui Slavicae linguae illam componendis vocibus aptitudinem negare, vel in hoc genere paupertatem nobis objicere audent: quum nullibi magis, qnam in Versione Sacr. Script. facta Slavonicae interpretationis collatione cum Graeco contextu haec indeoles Graeco-Slavonica quadringentis, et quod excedit, vocibus ex *ελλαρο* — *ευ* nimirum compositis demonstrari possit. Nec Bohemicae Versionis ad Vulg. Lat. normam factae, aut refictae compositorum vocabulorum rarius, quam in Slavonica Versione, occurrentia exempla in argumentum induci posunt: nam Interpretes Bohemici sui archetypi Latini constructionem sequebantur si quidem institutores, vel interpolatores fuerunt. Certa enim in antiquissimo *Evangelario* Bohemico Vindobonensi habentur interpolationis specimina, seu vestigia potius antiquioris Slavicae Versionis, cui jam plures in-

et servari potuerit nulli diverticulo paganae significationis obnoxia in derivatis, sicut Romanis (Conf. A. Gellii Noct. Attic. Lib. IV. Cap. 8.) illa vocabula, ab eadem profecta origine, diversum significare videntur *religiosi dies* (*tristis omne infames*) et *religiosa delubra*.

interpolatores aliam inducere formam conati sunt e contextu Vulg. Latinae, quin tamen potuerint veteris exempli voces omnino singulas et phrases cum vetustiori Slavonica recensione consentientes antiquare, ut infra demonstrare conabor speciminibus laudati Evangeliorum. Non est hujus loci omnium varietatum critica observatio etymologicae significationis e lingua Graeca in Slavonicam traductae; in illam itaque descendamus vocum illustrationem, quibus vim et potestatem Graecam Slavus Interpres populari vocabulorum nexu reddidit.

γ)

Non solum vim ac potestatem Graecorum verborum a nostris Interpretibus redditam, verum etiam ingenium linguae Slavicae passim in redendo servatum fuisse, exempla docent.

Vocabuli πλατυσμος, quo Vulg. Interp. latitudinem intellexit, et Slav. Interp. Psal. CXVII. 5 προστράνεται redditum, Slavica significatio vim ac potestatem vocis Graecae atque Latinae non secundum etymologiam, sed juxta usum continet: sicut enim Cicero immensitatem longitudinum, latitudinem et altitudinem esse dixit; ita propemodum illa voce προστράνεται spatiositatem non solum latitudine, verum etiam longitudine atque altitudine distentam intelligerim; quamquam differentiis vocum inclinamento seu forma nominum expensis spatiotas nobis dicatur prostrannost, spatium vero prostranstwj vel prostranstwo. Componitur enim vocabulum hoc

hoc ex praepositione προ in compositione verborum passim δια Graecorum προ, πρων et Latinorum per ceterisque particulis aequivalenti, et nomine substantivo στρανη, στραна, regio, plaga, pars, latus, adjecta forma —στρο — vel — στρι collectivi significatus. Nutaret profecto philosophia vocis (maxime dum ad simplicitatem cordis significandam transfertur, quae omni parte patere debet), si distentio omnium partium justa mensura non signaretur. Inest itaque voci προστράнство ingenium Slavonicum rationi et analogiae innixum, cuius vis et potestas perspicua, intellectu facilis, et paene denominata est.

Aliud exemplum vocabuli Graeci, quod proprie Scripturarum est, vi et ingenio Slavicae linguae a nostris Interpretibus translati habemus Psal. XVIII. 13. ubi quaestio illa: *Delicta quis intelligit?* nisi primae vocis potestatem noverimus, vix intelligetur. Necesse igitur est, ad fontem redeamus, quo Latina Psalmi translatio deducta est; imo quem nobis jam ostendit S. Hieronymus 86) ita scribens:

- 86) Commentar. ad Ephes. II. Sed et illa heic spectari debent, quae S. Doctor in Matth. V. distinxit sribens: „Inter παθος et προπαθειαν, id „est, inter passionem et propassionem, hoc in- „terest, quod passio reputatur in vitium: pro- „passio, licet initii culpam habeat, tamen non „tenetur in crimen. — Si vero consenserit, et de „cogitatione affectum fecerit, sicut scriptum est: „transierunt in affectum cordis, de propassione „transivit ad passionem, et huic non voluntas

bens: „Quia delicta, quae graece παραπτώ-
 „ματα nuncupantur, juxta ejusdem linguae
 „etymologiam, proprie verbum est Scriptu-
 „rarum, licet delicta πλημμελιαι rectius trans-
 „ferantur. Quaerimus quid significant, quo-
 „ve distent a peccatis: id est, quid intersit
 „inter παραπτωματα και ἀμαρτιας. Ajunt enim
 „quod παραπτωματα, quasi initia peccatorum
 „sint: cum cogitatio tacita subrepit, et ex
 „aliqua parte conniventibus nobis, necdum
 „tamen nos impulit ad ruinam. Unde et in
 „octavo decimo psalmo scribitur: Delicta,
 „hoc est παραπτωματα quis intelligit: quia
 „scilicet difficile sit radices et initia intelli-
 „gere peccatorum. Peccatum vero esse, cum
 „quid opere consummatum pervenit ad finem.
 Hac itaque potestate vocabuli intellecta, vim
 et perspicuitatem, ingenium et aptitudinem
 Slavicae interpretationis ita cognoscemus,
 ut illa S. Doctoris expositio unico nomine
 comprehensa videatur, quo παραπτωματα
 Slavice transferuntur γρέχοπαδένια, a recto
 singulari γρέχοπαδένιε nominis compositi ex
 γρέχε peccatum, et падение, quod vi formae
 non perfectum *lapsum*, sed illius initium et
 continuationem, vel ipsum *labi* in peccatum
 sine impulsu ad ruinam, ingenio seu indole
 Slavici verbi significat. Lapsus enim ad rui-
 nam omnino deductus nobis dicitur пад, id
 est casus perfecto tempore intellectus. Simi-
 libus itaque nominibus sanctiores nostri Ca-
 tones et Ennii sermonem patrium ditaverunt
 potius

„peccandi deest, sed occasio.“ Eadem apud
 eundem vid. in Ezech. Cap. XVIII.

potius quam variarunt, quorum sensus, et philosophia, cum primis classicorum Novi Testamenti verborum, ut recte intelligatur, non tantum vis, etymologia, atque historia cujusque verbi quod transfertur, verum etiam indoles ac usus illius vocis, qua illud Slavice redditur, philologico judicio, et hermeneuticis subsidiis expendi debent. In hunc modum vox δικαιοσύνη, quae Hebraico nomini יְהוָה suapte etymologia maxime similis est, Slavonice redditur правда, non solum ad primam et maxime solem virutis illius civilis exprimendam significationem, quae cujusque jus custodit et vindicat apta interpretatione 87); sed etiam omnibus veris recte cogitandi atque agendi institutio- bus divinis, quas prius Slavonica consuetudo non agnovit, translato significatu intelligendis coaptatur. Sed ista sanctior verborum philosophia ex contextu locorum parallelorum Novi Testamenti eruitur, quibus Graeca vox δικαιοσύνη reddita Slavorum правда occurrit †). Hac voce правда veteres Bohemos itidem justitiam signasse, semel in Evange- lia-

87) Ita Leges antiquae Russorum supra N. 81. laudatae inscribuntur: Правда, id est, *Justitia* sensu eodem, quo illa vox in libris Ecclesiasticis Slavorum frequenter occurrit; ut Psal. LXXI, 1. et 2. Itidem in MS. Cod. Boh. Bibl. Palat. Vindob. inter Jur. Civil. N. CCXLVI, fol. 132. aby se fazdemu prawda daaſa. De hoc MS. plura Cap. III. et VIII. adferam.

†) Conf. II. Pet. II, 21. Act. X, 35. Luc. I. 75. I. Cor. I, 30. Matth. III. 15.

liario Vindobonensi Bohemico inveni. Matth. III 15. *Nechay toho tak sluszye nam* 88) *na-*
plnyty wssyeczu prawdu — quod sane vesti-
 gium est antiquioris Slavicae Versionis: nec
 enim Dalemilus Cap. II. sub finem de roga-
 ta justitiae administratione apud seniorem
 familiae scribens, illo nomine **prawda**, quo
 Bohemi jam pridem *veritatem* significare con-
 sueverunt, usus est; sed vocem **prawo**
 adhibuit 89). Igitur notio *recti*, quae omnino
 heic primaria est, ac etiam *veri*, majorum
 nostrorum usu vocabulo **prawda** continetur:
 nam sicut nomine adjectivo **правый prawý**,
rectus, verus, legitimusque intelligitur; ita
opposita voce **крайний kriwý**, *curvus, obliquus,*
falsusque significatur; et identidem derivan-
tur nomina substantiva **правда prawda**, *jus-*
titia, veritas, et **крайда kriw-da**, *injuria,*
falsitas.

Plura omnino sunt exempla verborum
 cum singulorum tum conjunctorum ex Grae-
 cis ingenio linquae Slavicae a nostris Inter-
 pretibus antiquis redditorum; sed hujus rei
 demonstratio ad naturam et indolem linguæ
litteralis, et partim quoque ad illius pertinet
 appellationis rationem, ob quam haec *anti-*
quissima et communis dicitur. Utinam ei vel
 unus talis vindex philologus obtigisset! qua-
 lem in *Augustino Maria de Monte* 90), in
Al-

88) In MS. mendum: **wam.**

89) *Aby prawo včinili,*

Prawemu ſtody polepſili.

99) Cujus est: *Commentatio de quibusdam Sacrae*

Alberico Gentili, Johanne Filesaco aliisque Versio S. Scripturae Lat. Vulg. habet: pauciora profecto essent verborum momenta, quae aut insolentia, aut duriuscula; vel *Thracicobarbara*, vel soloeca, et minus congruentia viderentur facundulis et delicatulis nescio quibus criticis, et vulgaris sive Dalmaticae sive alterius dialecti defensoribus opprimendo litterali Slavorum sermonis generi addictis. Verum, quia vel tempore praesenti complures inveneris Vulg. Lat. contemptores, qui nequidem illa suae Versionis Ecclesiasticae vindicum nomina sciant, aut verum istius pretium ac usum recte cognoverint; quid mirum, si quidam Slavonicarum Ecclesiarum alumni praestantiam suae Versionis Scripturarum antiquae, communis omnium linguae Slavicae antiquitatum fontis, ignorant, adhucdum Slavonicae hujus translationis historia et arte critico-philologica destituti 91). Sed jam superest, ut illustrandae veteri

Scripturae locutionibus, quae imperitis et indoctis parum latinae videntur: quam cum aliis ejusdem auctoris *Commentationibus Joh. Erhard. Kappius recudi curavit Lipsiae A. 1723.* 8. Alia similis huic, *Alberici Gentilis* recusa est in *Bibliotheca Latina Noltenii*; *Filesaci* vero: *Versio Sanctae Scripturae Latina Vulgata defensa*, iterum edita est in *Supplemento Menochii Comment. S. Script. edit. Paris. f. A. 1719. Tom. II. pag. 388 — 392.*

91) Quum operam perderem in inquirendo tali Scriptore Rutheno, aut quoconque alio, qui Slavonicae Versionis cognitioni aptum aliquid ac Tom. I.

veteri Slavorum linguae praeter illa, quae confirmandis antiquissimis vocabulorum formis e Saeculo IX, X, atque XI, jam protuli specimina, adhuc nonnulla chronologica serie adducam exempla, sive firmando veteri consensui, sive animadvertiscendo jam cuiquam linguae varietati non inepta.

§. 5.

simile edidisset, qualis deberet *Institutio Interpretis Novi Testamenti* else *Sciagraphiae Sch. C. R.* coaptata; Dobrowskium hujus rei causa interpellavi: an, quod scire desiderabam, in suo itinere Russico alicubi observaverit? admiratus ille meam quaestionem, in hunc modum respondit: — „*Apollos* tamen quidam, olim Rector Academiae Moscuensis, quem salutare volebam, „nunc Episcopus — —, aliquarum Epistolarum „Paulinarum expositiones edidit, quas vidi Moscuae; sed annum nunc nescio. Inspiciendi sunt „mihi prius catalogi librorum. Habent autem, „uti nosti, antiquos Patrum commentarios in „Scripturam. Expositiones vocum hebraicarum „in Bibliis occurrentium. — “ Opportune accedit, ut nuper obtinerem opus ita inscriptum: *Браткое Рѣковѣдство къ чтенію книгъ бѣтхаго и Нѣкаго Завѣта — въ Москвитской типографии а. 1779. года: Мѣсяцъ Июль.* *Brevis manus ductio ad lectionem librorum Veteris et Novi Testamenti — Typis Mosquensisibus A. 1779* Mense Julio in 4^{to} Pars prior foll. 80; posterior 55, cuius auctor *Ambrosius Episcopus Sjewskensis et Brjanskensis*, procul dubio idem est cum illo Dobrowskii Epist. Paulinarum expositore: profitetur enim se prius fuisse Mosquensis Aca-

§. 5.

*Specimen vocabulorum Slavonicorum e
dimidio Saec. IX. usque ad finem XI^{mi}
repetitorum.*

I. Quam sit magnae Moraviae Regis Svatoplukii celebri epocha in Historia Slavorum, sive res Ecclesiasticae sive Politicae spectentur, omnes norunt: igitur speciminis initium a nominis illius illustratione merito ducam, quod varietate magna descriptum a diversis auctoribus, non potuit nisi diversa etymologiae ratione exponi. Reginoni scribitur *Zundebolch*, Constantino Porphyr. Σφενδόπλοκος P. II. Cap. 41. Ditmarus Merseb. Episc. SVETOPULCUM nominat Lib. VI. in Slavicō textu Diocleatis scribitur SVE-TOPLIK; alii scripserunt *Svatepogum*, *Suen-dopoldum*, *Sfentoplucum*, *Sfendoplocum*, *Swan-*

O 2 to-

demiae Rectorēm, nunc vero Episcopūm. Nec tamen ista ejus Introductio talis est, quae historiam Versionis Slavonicae ac institutiones criticas et hermeneuticas complectatur; sed continentur in ea: *libri cuiusque inscriptio*, *Scriptor*, *tempus*, *locus*, *argumentum*, *scopus*, *prophetiae de Christo Salvatore*, *loca singularia notata*, *digna*; atque *divisio non solum cuiusque libri*, *verum etiam singulorum capitum secundum materias*. Sed jam egregias ad criticam et philologiam Slavicae Versionis contulerunt symbolas laudati Dobrowskius et Professor Alter, aliquique, ut Vol. III. Cap. XVII. recensebo.

toplucum cet. Quos duces tempore sequiori habuit Bohemia itidem nominatos, eorum nomen *Suatopluk* scriptum excusumque in diplomatis et numis reperisse Dobnerus asseverat P. III. Annal. Hag. pag. 115. qui et hanc scriptionem aliis praferre mavult. Mihi quatuor priores scribendi modos ad rationem linguae litteralis atque dialecti nostrae expendenti, lectiones antiquae ac verae, substantia sermonis omnino convenienter proprio scribendi Slavorum genere videntur esse: *свято́лукъ* et *Svjetopluk*, quarum utraque *sanctum agmen* significat composita ex adjektivi nominis *святъ* forma neutrius generis nominativi *absoluta*, et substantivo nomine *полукъ*, vel *pluk*, quod *agmen*, phalangem I. Reg. XVII. 1. 10. etiam antiquioribus Bohemis designabat, et Dalemilus ad familiae stirpisve significatum transtulit Cap. 56. Varietate igitur lectionis factum est, ut nonnulli laudatum Regis Moraviae nomen aliter interpretarentur, et jam *sanctae sobolis* etymon eo contineri putarent, *Svatopoldum* aut potius *Svatoplodum* sibi singentes; jam *sanctum aratrum* intelligerent male *Svatophlug*, vel *Svatopluk* pro *Svatopluko* legentes. Lectio Ditmari et Diocleatis linguae Slavicae gnarorum jam indigitat varietatem enuntiationis τας α apud Srbos Septentrionales (Bohemos etiam his vicinos) et Dalmatas per e aut *je*. Bohemi enim vel in laudato nomine adjektivo *святъ*, α proferunt tum per α, *svatý*, tum per *je* seu *ѣ*, *světice sancta*, Dalm. *SVETIZZA*, in derivato substantivo, et in adjektivo: *svéti*, *svéta*, *svéto*. Etiam illud I. in *Svetoplik* nomine quandam enuntiationis

tionis analogiam habet cum ista juniori Bohemorum *i pro u cumprimis ja=io* proferendi methodo. Notatu omnino digna mihi videbatur emendata scriptio nominis *Swato-*
plakii, quem Regino virum inter suos prudentissimum et ingenio calidissimum fuisse scripsit. Sed etiam *Silesiae* (*SLIUZIAE*, *SLEZIAE*) inter Slavoniarum regiones celebratum nomen dignum est observatione, qua ejus in historiis memoria ante Ditmarum Saeculo IX. occurrens demonstretur, et expensa diversitate scribendi, originatio vocabuli antiquis Slavorum moribus conveniens profertur.

II. *Silesii* (*SLESII*) in Annalibus Francorum scribuntur *SLUSLI*, ita enim eorum memoria perscripta occurrit ad Annum **DCCCLXVIII.** „Sorabi et *SIUSLI* junctis „sibi *Beheimis* et ceteris circum circa vicinis, „antiquos terminos Thuringiorum transgre- „dientes, plura loca devastarunt.“ Et ad Annum **DCCCLXXVII.** „Sclavi qui vocan- „tur Linones et *SIUSLI* eorumque vicini de- „fectionem molientes, solitum dare censum „renuunt“ Nemo facile negabit *Sjuslos* Bo- hemis junctos eosdem else cum Slesiis seu Silesiis nostrae patriae secundum orientalem plagam vicinis; sed qua ratione factum sit, ut in Annalibus Francorum dicerentur *Sjusli* paulo aliter, quam provincia eorum fuerit a Ditmaro Merseburgensi vocabulo *pagi Silen-* *sis* appellata, quae, ut liquet ex diplomate Henrici III. Imp. apud Cosmam ad Ann. **MLXXXVI.** nomen ferebat: *Respublica et* *provincia Slavica Zlesane*; omnis difficultas

va-

varietatis tollitur, primum quidem auctoritate
 Ditmari cum diplomate Bolconis II, Ducis
 Silesiae de Anno MCCCL. collata; tum vero
 grammatica collatione enuntiationis voca-
 buli Slavonici, quo *malva* significatur dialecto
 litterali: *мъзъкъ* *Sljuz*; Bohemica et nobiscum
 consentientibus: *Slez* (melius *Slez*); Dal-
 matica: *Slięz*, herba omnibus Slavis cele-
 bratissima. Sed primum restituendae lectioni
 verae laudati nominis in Annalibus Francor-
 rum occurrit, necessaria est duarum prior-
 rum litterarum **SL** — sibi cohaerentium de-
 monstratio, quae omnino diplomatica est;
 neque Silesii majoribus nostris aliter, quam
Slezane antiqua et ingenua Slavicae dialecti
 forma dicebantur. Ergo disjunctio litterarum
SL — sive inserta vocali I. ab auctoribus
 nomen *Silesiorum* latine scribentibus facta,
 sive anagrammate duntaxat in Annalibus
 Francorum inducta, quo **SIUSLI** pro voca-
 bulo **SLIUSI** commutantur, ita spectari de-
 bet, ut solent Graeci et Latini Scriptores
 nomina Slavorum saepius corrumpere. Duae
 igitur lectiones verae sunt spectata tempo-
 rum et dialectorum diversitate, quarum an-
 tiquior illa in Annalibus Francorum involu-
 ta **SLIUSI** cum enuntiatione *мъзъкъ* convenit;
 altera **SLEZI** cum *Slez* consonat. Sed quo
 modo appellatio *Slesiorum* cum Slavonico
 nomine *Slez* cohaereat, inquiramus. Pitma-
 rus Lib. VII, pag. 415. in hanc cohaesionem
 ita me induxit: „Posita autem est haec (*Glo-*
 „*govia*) in pago *Silensi*, vocabulo hoc a quo-
 „dam monte nimis excelso et grandi olim si-
 „bi indito: et hic ob qualitatem suam, et
 „quantitatem, cum execranda gentilitas ibi
 „vene-

„veneraretur, ab incolis omnibus nimis honorabatur.“ Situm et nomen hujus montis etare indigitat diploma *Bolconis II. Ducis Zlesie (Slesiae) de A. MCCCLI.* — „In oppido seu villa *Czobotha* prope montem *Zlesie*“; mons autem iste Sommersbergio 92) *Sabothus* est, cuius descriptionem dedit Gottfr. H. Burghartus 93). Dicitur autem Germanice *der Zottenberg* prope urbem Schwidnicum in meditullio Silesiae situs, estque, ut Chronicon Gotvicense ait, cornu vel jugum montium Sudetorum. Jam, quod attinet ad cohaesionem etymologicam montis *Slezie* cum vocabulo Slavorum *malvan* significante, fateor, me prius inductum fuisse in eam, restituta lectione SLIUSI Annalium Francorum, ejusque cum voce *slvz* comparatione, quam relatione ad *Slez.* Nam a puero assuetus enuntiare vocem *Slez* 94) e litterali dialecto *slvz* Bohemica *z* in *i* mutandi consuetudine juniori ductam, statim hanc opinionem concepi, esse heic quendam consensum etymologiae; sed, qui rationibus historicis spec-

92) Tom. I. Script. Siles. pag. 935. et 938. Item Tom. I. Diss. I. Hist. pag. 294.

93) In opere inscripto: *Iter Sabothicum.* Wratislaviae et Lips. 1736. in 8.

94) Semper *Civium meorum Turnowiensium* non nullos fuisse, qui cultum linguae patriae etiam editis operibus pensi habuerint, in *memoriis eorum litterariis*, quas collegi, ostendam. Quod heic variae pronuntiationis causa *z* *Slez* notandum putavi, cuius enuntiatio patria me in originationem expositam induxit.

spectata varietate dialectorum Slavonicarum fulciri debeat. Itaque auctoritate Ditmari, qui *Silensem pagum* a monte quodam dictum fuisse scripsit, quem *Bolco Dux*, *Slezie* appellat, ad historiam naturalem hujus montis me contuli; et, quum inter herbas, quae ibi nascuntur, malvam quoque invenissem, *in qua et asphodelo quantum boni sit* 95), Slavi adhucdum norunt veteris mediocritatis memores 96); non dubitavi mecum in animo constituere: montem hunc collectivi nominis forma olim dictum fuisse SLIUZIE (σλιουζίε); quia *Bolconi* enuntiationem Srbicam sequenti mons iste *Slezie* dicitur, a *malvis* et illarum pretio Slavis non incognito; tum quia lectio- nis varietas in IU et E sita, non tantum nihil originationi obest, verum tanto magis eodem *malvae* significatu illam confirmat. Porro a monte ducta *Sleziorum* appellatio plane convenit cum antiquo more Slavorum, a Jordane ac Nestore supra pagg. 11. et 14. relato, a locis nomina familiis majoribus imponendi.

Itaque historica et philologica obser- vatione dignum videbatur mihi vocabulum *Siusli*, quod in Annalibus Francorum leviter cor-

95) *Opera et dies Hesiodi conf. v. 41.* ubi medio- critas commendatur.

96) Magno in pretio esse *malvam* apud Slavos Ungariae, nuper me docuit Nobilis et Cl. Vir Stephanus de Novacovics Slavo-Serbus, non so- lum typis, verum etiam notitiis litterariis hujus Bibliothecae Slavicae promotor; ex quo etiam

corruptum, unico charactere L suo situi restituto, plura rei Slavicae momenta illustrat, primum quidem: centum, et quod excurrit, annis antevertit memoriam *Slesiorum*⁹⁷⁾ propria voce Slavonica comprehensam; dein vocis hujus antiquissimam enuntiationem in litterali dialecto servatam confirmat; porro collatum cum alterius dialecti pronuntiatione, auctoritatibus, et historia, etymologiam montis *Slezie* non sinit in aliud sensum moveri; et, quod in historia Slavorum antiquissimum est, a locis plurimum nomina Slavicae originis populorum deduci, suo specimine prodit.

Jam ab hoc antiquiori vocabulo Slavorum ad aliud volebam progredi, cum *Geographiae Srbo - Wendicae*⁹⁸⁾ Christiani Schöttgenii recordatus, repetita lectione examinare coepi ejus opinionem meae contrarium

didici a suis popularibus malvae Slavicum nomen *čakɔn* enuntiari.

97) Arbitrantur enim quidam eruditi Viri, *Silesiae* nomen prima vice apud Ditmarum ad Annum MXVII. occurtere. Verum si verba Ditmari superius laudata: „vocabulo hoc a quodam monte „nimis excelso et grandi olim sibi indito“, ex-pendantur; jam ipse Merseburgensis Episc. altiorum pagi *Silensis* memoriam innuit, quam Annales Francorum ad Annum DCCCLXVIII. habent, centum quadraginta novem annis antiquorem.

98) *Diplomatische und curieuse Nachlese der Historie von Ober-Sachsen und angrenzenden Län-*

riam fiduciae, qua neminem facile negaturum
Sjuslos Bohemis juctos eosdem esse cum
Silesiis dixi. Vir enim ille de Slavorum me-
moriis bene meritus laudatae Geographiae
Pago VI. et XXIV. diplomatum fide conatur
probare: duos esse ejusdem nominis *Siusli*
pagos, a *Silensi* pago omnino diversos; ali-
um meridionalem pago *Plisni* nuncupato con-
terminum; alterum a pago *Neletici* dicto non
adeo remotum. Sed, quia diplomatica vo-
cabula in argumentum a Schöttgenio ducta
diversam, et magis distinctam vocem prae-
seferunt a nomine *Siusli*, quam vox *Sliusi* a
Siusli differat; nec expeditat vocem diplo-
maticam ad ingenium scriptoris *Annalium Fran-*
corum resingere, quod heic omnino fieret, si
ex voce diplomatica *Suisuli* Ottonis II. Imp.
et illa *Suisili*, quae est Comitis Friderici,
pagus *Siusli* deduceretur: plus difficultatis
latet in opinione Schöttgenii, quam in resti-
tutione meae lectionis *Annal. Franc.* cui a
contextu robur accedit ex vicinitate *Siuslo-*
rum junctorum Bohemis et caeteris circum circa
vicinis. Nam **SIUSLI** Schöttgeniani situ in
charta designato extreme distant a **BEHEI-**
MIS. Porro nomen *Suisuli* aut *Suisili* non est
necessere velut corruptum in *Siusli* mutare, quum
Heyrenbachius §. VII. Dissert. de *Slavis in*
Austria ex diplomate ejusdem Ottonis II. ad-
ducat nomen castelli *Zuisila*, quod certe Sla-
vicum est.

III.

dern — Dritter Theil. Dresden und Leipzig.
1731. 8. cum delineatione Pagorum Sorabico-
rum.

III. Licet Constantinus Porphyrogenitus, cui plurimorum ab interitu servatorum Slavonicae linguae nominum memoriam debemus, X. saeculi scriptor fuerit; tamen Slavicae illius voces ad altiorem subinde pertinent aetatem; nec ego earum originem, sed certi usus auctoritatem tempore et testimoniiis Porphyrogeniti confirmo. Insignis hujus Imperatoris est locus Parte II. de admin. Imp. Cap. IX. de Russis e Russia Constantinopolim in lintribus secundo Danapri flumine descendantibus: heic nomina locorum praeruptorum seu cataractarum Borysthenis non solum prout Russis dicebantur, verum etiam quo modo a Slavis appellabantur, Constantinus addita interpretatione Graeca recensuit. Jam equidem plures Viri illustres conati sunt corruptam subinde illorum nomen scriptiōnēm Slavicae integritati restituere, atque partim feliciter id effecerunt; quin tamen omnes, in Russicis praeſertim, difficultates superatae mihi videantur. Post Clariss. Bandurium et Schlozerum ⁹⁹⁾ Princeps Jablonoviū emendare conatus est dictorum vocabulorum lectionem; et, cum Schlozero nomina cataractarum Russica significatu adeo difficultia viderentur, ut is existimaret Constantinum non de Russis cujuspam Slavicae stirpis, sed de gente ignota locutum fuisse; Jablonovius contra significationi cataractarum

⁹⁹⁾ Ille in Notis ad Porphyrogenitum; alter vero Cap. VI. §. 31. operis: *Allgemeine Nordische Geschichte*; Princeps Jablonowius. Tom. V. Act. Societ. suo nomine inscriptae Disser. I. §. IV.

rum a Porphyrogenito traditae innixus, Russorum Slavorumque nomina unius ejusdemque linguae appellationes esse, sed alio vocabulorum genere, et ab alia re subinde petitas conatur ostendere litteris, quas pronuntiatio peregrina induxerat, Slavicae originationi restitutis. Praecipuarum Slavicae linguae dialectorum non ignarus lector, facile singulas cataractarum voces corrupte inscriptas intelliget, Russicas vero magis, ut haec vel ipsi Jablonovio *exoticae primo intuitu viderentur*. Bandurius expensa primae cataractae α) corrupti Slavici nominis Εστεπη interpretatione, μη κοιμασθαι, recte animadvertisit: lectionem Νεστεπη (NESUPI, NESPI) non dormire, collatione dialectorum Slavicarum restituendum esse. Haec appellatio Russis aeque ac Slavis una et communis, periculi ex praerupto admodum et angusto fluminis loco nauitas admonens, facile indigitat, Russos proprios dictos, non vero aliam gentem ignotam a Constantino heic designari: nec enim in praesentiarum nomen Russicum, neque in appellatione tertiae cataractae Slavonicum oscitantia scriptoris excidit; sed utrique loco singula tantum fuisse nomina Russicae ac Slavicae tribui communia unius vocis exemplo sufficienter percipitur. Reliquas vero quinque cataractas diverso appellationis modo ab utraque tribu nuncupatas fuisse a propemodum ratione constat, quia solent diversi ejusdem linguae. Interpretes in versionibus differre, maxime si quadam sermonis varietate distinguantur; quod varietatis specimen in Russicis vocabulis hujus Saeculi X. et sub initium XI. observarse mihi videor, et

et in expositione cataractae quintae probabo. Secundae cataractae vocem β) priorem Οὐλβορσι nec Russicam nec Slavicam esse Jablonovius animadvertisit; sed e collatione descriptionis et significatu *insulae loci praerupti* emendari posse in hunc modum putavit: „facile corrigi potest in *Vchorey*, id est cataractum superius. Hujus ipsius nominis plurimi apud nos pagi sunt *Vchorce*, vel *Podorce*, loca vel sub, vel supra collem, eaque instar insularum separatim jacentia.“ Dum hac Jablonoviana correctione plus varietatis litterarum in restituendam lectionem Russicam inductum fuisse arbitror, recordatus multum et diu cogitavi, an servata litterarum serie ac potestate, quod primum in restitutione antiquarum lectionum factu opus est, vocabulum *Ulborsi* compositum sit e duabus vel pluribus, vocibus; divisumque in duas, tentavi posteriorem — *borsi* comparare cum *корю* (Russis *корюса*, certo, luctor) in Imper. praes. sing. 2. pers. juncto pronomine primitivo *omnis personae reciproco* αερή, seu αὶ (sobē, sy) *sibi*: *корини*, *certa tibi ipsi*, vel Bohemo-Slavica inflexione: *bor'si*; eadem admonitione *certaminis* ob loci praerupti periculum, ut *supra* non dormire, *nespi*, jubetur nauta. Sed quo modo vox equidem vetus Sla-vonica *Ul*, ut ex Bohemica discimus pronuntiatione αὐλ, et Russica *улей* *alveare*, cohaerent cum laudato verbo — *borsi*, non ausim alseverare: sed illud ad interpretationem Constantini magis accedere puto, in laudata vocabuli parte Οὐλ — litteram γ ante λ neglectam fuisse, legendumque: ΟΥΓΛ — (Oуялъ, vhel) *angulus!* heic certa et conten-de

de ad eluctandum. Si quis aliam meo conatu meliorem novit vocis restitutionem, rejiciat meam conjecturam; non enim sententiam tueri volo. Facilior est ejusdem cataractae appellatio γ) Slavonica Οστροβνιπραχ (Островній прага, Ostrownijprah) *insularis cataracta*, interprete Constantino: το νησιον τε φραγμα. Duarum, non vero trium vocum, acutum collis limen, ut post Bandurium Jablonovius volebat, complexu ab οστροβνι insula, unde possessiva nominis adjectivi forma est οστρόβνιй; et a substantivo πραχ, *cataracta*, *limen*, nomen illud exposuit Schlözerus Imperatoris interpretationi adhaerens et observans, & in Οστροβνι potestate Slavici elementi ω = ε legendum esse: et recte, nam post tonum vocis heic fortius velut geminatum sonat. *Tertiae cataractae locus* δ) unico nomine Γελανδρι nuncupatus a Porphyrogenito Slavorum interpretatione redditur ηχος φραγμα, sonus cataractae; igitur, ut ego puto, nomen hoc onomatopoeticum est, Russis et Slavis propterea commune; quod cum a nemine illustrari possit, nisi ab eo, qui sonitum illius cataractae percepit, irritus foret heic meus conatus sive in confirmando Jablonovii conjectura, qui *Grochoti* fortasse dicendum putavit; sive in Schlözeri opinione vindicanda post Schöttgenium, cui, nescio a quo dictum fuerat, voce *Gelandri* Bohemice tumultum, sonitum furentium significari, cuius ego auctoritatem et usum penitus ignoro. *Quartae cataractae nomen* ε), quod a Russis Αειφρα enuntiatum Constantinus memoriae prodidit, eo gratius nobis esse debet, quo melius in eo simplicitas radicis conservatur
jam

jam obsoleta; quamquam varietate parva, litterae nimirum tenuis mutatione in aspirata, cuius corruptionis Graecae homini Slavo facilis est observatio, cum nobis φ omnino peregrinum sit, ut jam superius monui. *Aipar* itaque seu *Aipor* legere debemus, complexu duarum vocum; *Ai!* (ᾳ) hem! et *par* vel *por*, obstaculum, praeruptum nempe limen, aut cataracta. Profecto simplicis illius vocis *par*, *por*, primaria significatio est: *obstaculum*, ut ex verbo composito Bohemis usitato: *odporugi* (ѡпѹѓи) *resisto*, *renitor*, *repugno*, et nominibus substantivis dialectorum Slavonicae, Russicae, atque Bohemicae: *Spar* vel *споръ*, *одпор*, atque ῥнóρа, *contentio* aut *controversia*, *oppositio*, *fulcrum*, haud obscure deducitur. Praepositiones igitur εν, οδ, (ω) et ω clare indicant νορъ, vel *par* antiquam radicem esse, cuius causa non video, cur antiquiori vocabulo Jablonovii arbitratu littera s praeponi debeat; licet Principi gratias habeam, qui omnino primus originationem Slavicam hujus cataractae observans ab exclamacione 100) *Ai!* et *spar*, *спор*, significatu *obstaculi* eam repetiit. Alia ratione ductum nomen ζ), quod *Slavi Νεασητ nuncupant*: *quoniam in saxo munitionis Pelicani nidificant*, dubio caret, quod attinet ad inscriptionem Slavonicae appellationis; imo facta collatione cum vocabulo

NE-

¹⁰⁰⁾ Fortassis Constantino scribere volenti Ει (ῃ, jej, certe vere) Graecum occurrebat adverbium εει, semper; quo tamen appellationis substantia non mutaretur.

не́асытъ Ps. CI, 7. occurrente, constabit, a Porphyrogenito *jery* *zi* Slavonicum per *η*, potestate Itistarum, ut vocant, descriptum, enuntiandum esse non per *ε*, sed Bohemorum orthographiae usu *Negasyt'*; ita enim *jery* depositum saltem custodire, dum perfecte ac originaliter enuntiare non valemus, consensu cum dialecto litterali Slavorum satagimus. Non est hujus loci laudatum nomen ad rationem historiae naturalis expendere, quod Jablonovius jam heic praestitit, *hierofalconem* intelligens, qui in rupibus istis nidum pone-re, et a Cosacis capi perhibetur. Non adeo *quintae cataractae Russicum η*) nomen *Bapupopoς* corruptum est, ut non possit minori et facilitiori litterarum commutatione probabilior ejus lectio restitui, quam Jablonovius existimaverit, *BAHNUPRACH* affirmans dicendum esse. At, servatis totidem litteris, pri-moque charactere Slavica potestate *τ&θ* *υ=w* usurpato, atque littera tenui *n*, ut expedit, pro peregrino charactere *φ* restituta, jam propemodum integrum lectionem Russicam tenemus *Bapupopo* — usque ad postremae litterae *ς* necessariam in *r* permutatio-nem 101), quam ipsa vocabuli ratio exigit.

Nam

101) Quam sit lectu facilis commutatio *τ&θ* *r* cum *c* aut *σ* in vetustis Graecis Codd. antiquiori genere characterum et modo scriptis, probe intelligunt viri Palaeographiae Graecae non ignari: facile igitur Graecus librarius vocem peregrino exitu finitam in *οr*, terminatone *οc* magis familiari le-gens, hanc in suum Cod. transtulit postea *in* alios diffusam.

Nam sive nomen hoc Russicum Барупоргъ, sive Slavonicum δ) hocce Βεληνηπραχ (βληνη-πραχ) spectetur, utriusque denominationis substantiam etymologia innuit: priori enim voce *bullientis aquae* seu *scaturiginis cataracta* designatur, a genitivo singulari 102) *вапы* (βαρζ) et *noporb* (πραχ) deducta; altera vox a fluctibus, ita enim Bohemis quoque *fluctus* влыпъ dicuntur, formato nomine adjectivo влыпъ, et a substantivo πραχ originationem trahens, *fluctibus* turgentem *cataractam* significat. Nihil isto quintae cataractae vocabulo Барупоргъ antiquius habeo, quod inter dialecti Russicae monumenta pluribus exemplis tum Saeculi XI. inchoati, tum etiam XII. comprobari possit: quum enim in supra laudatis Legibus Magnorum Russiae Ducum Jaroslawi Wladimirovicz' Anno Christi

MXVII.

102) Genitivus Russorum singularis secundae nominum declinationis in ζ desinentium; vel, ut Bohemi vocant, masculinorum I. Declinationis exeuntium in aliquam litterarum dura enuntiatione affectarum, desinit in y, loco a (u loco a) eadem propemodum apud utramque gentem regula, si nominibus illis res *inanimatae* significentur; *animotorum* enim genitivus exit in a; modo declinationi Slavorum secundae analogo. Sed Vol. II. Cap. VII, ubi praecipuos characteres linguae litteralis Slavorum referam, quibus haec a Bohemica dialecto discernitur; illa varietas etiam in Narrativo casu pro τ occurens, ex heteroclitio Slavis nomine *домъ*, a Russis et Bohemis in regulam declinationis inducta, melius exponetur.

MXVII. Novogrodensibus datis, varietas ista linguae Russicae a Slavonica consuetudine, dum vox a duabus incipit consonantibus consequente vocali *α*, ut 103) *глава*, disjunctione illarum, et vocalis *α* in geminatam *o* mutatione, quarum altera secundam consonantem praecedit, altera consequitur (*голова*), triplici propemodum figura orthographicarecedens saepius occurrat; mirum non est, praecedente jam Saeculo X. specimen illius apud Porphyrogenitum inveniri. Vox laudata cum derivatis habetur Lege III. Jaroslawi de homicidii judicio: *головника homicida*, nunc *Убийца*, *Головничество*, *homicidium*, *убийство*. Similia vocabula occurrunt aliis locis, ut lege V. *горохъ*, Boh. *hráč*, pisum. In Legibus Wladimiri Cap. I. 1. *корода*; Boh. et Sl. *brada*, *barba*.

Hunc ego dialecti Russicae characterem antiquissimum appellaverim, quo fortassis *Antarum* ejusdem cum *Slavis* linguae major populus olim agnoscebat: maxime ob auc-

tori-

103) *Hlawa*) In Diplomate Wenceslai Regis Boh. Dlugomilo Abbati Brzewnowiensi dato A. 1234. apud Ziegelbauerum pag. 258, quo libertates ejus Monasterii antiquae confirmantur, in hunc modum habetur: — *ne homines praefatae Ecclesiae graventur in hoc, quando aliquis occisus vel strangulatus, quod Hlawa nuncupatur, infra campos alicujus villaे projectus ab iniquis hominibus reperitur, per quod pauperes caluniose puniuntur* — Item Jur. Prov. Boh. MS. 3 *hlawy pohanieti.*

toritatem Procopii Caes. Lib. IV, Cap. 4.
 „Ulteriora ad Septentrionem habent Antaram
 „populi iuiniti.“ Et praecedentis Libri III.
 Cap. 14. *Una est utrisque lingua admodum bar-
 bara, Graeco homini concursu plurium con-
 sonantium litterarum peregrini sermonis ma-
 jorem animadversionem ingerens e consue-
 tudine Slavorum proprie dictorum, quam ex
 auditu enuntiationis *Antarum*: unam enim
 utrisque linguam fuisse unitate substantiae
 non dubitaverim; sed unam fuisse exclusa
 omni exteriori varietate in vulgari genere
 loquendi propemodum impossibile dixerim
 apud populos infinitos, et per immensa spatia
 considerentes. Quamquam in eo genere loquen-
 di, quo leges et consuetudines universae
 gentis populari, ut ait Procopius, imperio,
 eademque ratione ab utrisque servabantur,
 vix aliquam intercessisse varietatem existi-
 maverim: quo sermonis cum legum observan-
 tia ¹⁰⁴⁾ communis lingua Slavorum ante*

P 2

Ver-

¹⁰⁴⁾ Qua veneratione Slavi veteres prosequuti fu-
 erint eos, qui Legum Slavonicarum consuetudi-
 nes neverunt, patet ex Annalibus Francorum
 ad A. 849. quo Boemani pro pace et securitate
 sua obsides se datus et imperata facturos per
 legatos ad Thachulfum (alio loco Tracholsum)
 directos promittunt, cui prae ceteris credebant,
 quasi scienti Leges et consuetudines Slavicae
 gentis. Erat quippe dux Sorabici limitis. Heic,
 Leges et consuetudines universae Slavorum genti
 communes intelligi, non solum ex laudato ver-
 borum contextu, verum etiam ex formulis anti-

Versionem Sacratioris Codicis, postea vero
longe melius translatione illius in antiquum
idio-

quissimarum Russiae Legum et Bohemiae, ut
equidem istae in fragmentis aetatem ferunt, ho-
rumque paſſim grammatico etiam consensu de-
duco. Nam *Andreas de Dube Supremus Judeus*
Regni Bohemiae Anno MCCCLXXXVIII, ut ex
Tabularum Regni *Excerptis* MSS. in Cod. Bibl.
Palat. Vindob. chart. Jur. Civ. Nro. CCXX. in 4.
fol. 71. constat, ad Cod. MS. Bohemicum char-
taceum laudatae Bibliothecae Jur. Civ. Nro.
CCXLVI. alias inrer Ambrasianos Nro. 400. sig-
natum. formae quartae foliorum 188., hanc in-
scriptionem praesenterentem: *Pocžinagi se Práwa*
Země České od Przemysla nařezaná a vydána —
hoc est: *Incipiunt Jura terrae Czechicae a Prze-*
myslo inventa et edita, in hunc modum praefatur:
Pravo: *Pravo zemské české gesto dawno na-*
řezené gestie od Przemysla Zapohanstwí oraczie
naýmijcze A odteh Panuow kterzij gſau tee
d'wjske býſi A toho gest gisťy duowod Ne° mnoho
obyczieuow pohanstých gest wniem drziano ſa-
koſto oczista Žilezem horuczym A neb vvorzieni
na wodu A ten obycziey staſk bez przetrzi az do
Czýsarze Karla a do Knieze arnestta prwocho
Arcybiskupa prazke° Ten gest Czýsarz ſpłni raddu
Arcybiskupa y wſſech Žemian obyczey zruſſil
promienil — *Jus.* „Jus terrestre Czechicum est
„pridem inventum a Przemyslo aratore maxime
„cum adhuc pagani ritus obtinerent, et ab istis
„Dominis, qui eo tempore fuerunt. Et hujus rei
„est certum argumentum: multum enim conſte-
„tudinum paganarum in eo retentum est, velut
„purgatio ferro cudenti, vel missio (manus) i-

idioma Slavicum duplici Ecclesiarum ritu
custodita feliciter ad nos pervenit. *Sextae
ca-*

„*aquam*. Et ista consuetudo viguit sine interrup-
„tione usque ad Carolum Imperatorem et Sa-
„cerdotem Arnestum primum Archiepiscopum
„Pragensem. Hanc Caesar pleno consilio Archi-
„episcopi et omnium Baronum abrogavit et com-
„mutavit — “ Paulo aliter hujus abrogationis
historiam retulit Wilhelmus ab Hazmburg in *vita
Arnesti*, e qua, aliisque monumentis Scriptorum:
Cosmae Prag. ejus continuatoris, et vetusto ju-
rium Brunensium Codice, quod ad quaestionem
attinet ignito ferro aut adjurata aqua homicidii
accusatorum in Bohemia et Moravia, diligenter
adnotavit Faustinus Prochaska jam supra lauda-
ti *Commentarii de Saecularibus Liberr. Artium
in Boh. et Morav. Fatis*, pag. 32 — 34. Sed
mihi magis incumbit etiam consensum quendam
sermonis in Russica et Bohemica enuntiatione
formularum ad hanc juris Slavonici consuetudi-
nem pertinentium adferre. Itaque Lege X. *Jaro-
slawi* pag. 26. editionis Mosquensis Правда,
Руская, dicta Bohemorum formula: *Өчіста же
леzem appellatur исправа же лѣзо*, hoc est *satis-
factio ferrum nuncupata*, quae Russico editori
dicitur *Испытаниѣ же лѣзомъ*, *quaestio seu
cognitio per ferrum*; altera vero formula *вѣрженї
на воду*, in Slavonico textu simpliciter iisdem
vocibus *на вѣдѣ* profertur: huic enim cognitio-
nis generi *subjectus*, подверженный (*вѣрженї
на воду*) mittebat manum in vas aqua ferventi
plenum e fundo illius repositum annulum pro-
ducturus. Ritum utriusque cognitionis tum apud
Slavos paganos, tum apud alias gentes Christia-

cataractae, quam i) a Russis Λεωντι, a Slavis
ii) vero Веρвтъ nuncupatam Constantinus per-
hibet, originatio hac interpretatione subjuncta
exponitur: βρασμа веpз, aestus, aut ebullitio
fluminis. Sed, quo magis haec pateat, in
restitutionem appellationis Russicae prius in-
quiram subsidio verbi *fundo*, quod Slavoni-
ca litterali dialecto лъю, Russica лъю vel лъю,
Bohemica legi vel legu enuntiatur, unde Sla-
vis *fusio* dicitur лъянїе, Bohemica enuntiatio-
ne foret лъянїе; igitur verae lectioni jam ni-
hil deest, quam litterae τ commutatio cum ε:
solet enim Porphyrogenitus Slavonicum и
vel и per ε describere; itaque vocabulum
Λεωνει illa Bohemo-Slavica verbi legu (лъю)
analogia sumtum, *fusionem*, aquae nimirum
significat. Cum isto significatu, quod attinet
ad rem ipsam, convenit etymologia Slavicae
appellationis Веpвtъ, quam supra exposui
nota 65) subsidio verbi wru (wру врю) *ferveo*,
unde варъ, war, Vrilo, Зрjдlo, aqua fervens
aut ebulliens, *fons*, *latex*, et hujusmodi vo-
ces propriae vel translatae deducuntur. Nec
obest alterutrius participii lectio praelecta,
sive врючи (врючи) subintellige, вода, aestu-
ans vel ebulliens; sive врюще, subaudi, врj-
ло, *fons* aut scaturigo scatens; multo minus
oberit ε primae syllabae a Graeco scriptore
insertum. Porro *septimam* Borysthenis *cata-*
ractam λ) non Στρ̄βονу, ut Porphyrogeneta,
sed STRUMIN Russis nuncupatam Jablonovius
lege-

norum occidentalium laudatus editor descriptis
nota (i) et (n) ad voces желѣзо et на вода.

Legere mavult: quod illic vertatur flumen per suam angustiam vix non in rivulum. Mihi e Slavonica dialecto subsidium illustrationis requirenti, occurunt Slavicae litteralis dialecti voces apud Theodorum Polycarpi *стремніна*, *praecipitum*; *стремнітельнѣ*, *impetuose*; quae si comparentur cum aliis itidem Slavorum vocabulis: *напрасность*, *impetus*, *praecipitatio*; *напраснѡ*, *subito*, *derepente*, etiam illud Slavorum dialecto μ) Ναπρεζη (NAPRESI) dictum cataractae nomen illustrabunt: Constantini enim expositio vocibus *μικρος φραγυμος* descripta, parvae cataractae a subitaneo aquarum defluxu appellationem ductam innuere videtur.

Inter illa septem cataractarum duodecim nomina serie litterarum Graecarum a me distincta, vocabulum πράγα in compositis vocibus γ) et δ) occurrens observatione dignum est, sive antiquitas ejus, sive collatio cum lingua Graeca spectentur: metropolis enim Bohemiae *Praga* (Прага) ex laudato nomine appellationem olim deductam adhuc dum conservat; et Graecae vocis φραγυμος rejecta terminatione — μος, aspirataque littera φ in tenuem n transeunte, jam vocabulum πράγα et materia, et significatu cum Graeco nomine convenit. Addam huic consensui unicam vocem Bohemicam, quae mihi videtur convenire cum illa Constantini verbis comprehensa, ubi de iisdem Russis ad *Trajectum Crarii* (*εις το λεγομένου περιημα τω κρασις*) transseuntibus, Imperator historiam prosequitur: ratis enim, qua flumen trajicimus, Albim exempli causa infra *Melnik* civitatem Pro-

vinciae Boleslawiensis, nobis extrita vocali ε, primum dicitur. Sed plura exempla de Slavonicarum vocum consensu cum Graecis ad navigationem pertinentibus adferam Cap. V. hujus Vol. de Negotiatoribus Slovanis acturus exemplo Cl. Ernesti 105): nam apud Russos veteres alii quoque fuerunt negotiatores honoratiores, qui роцы hospites appellabantur, in terris alienis non tantum suppeditandis mercibus, verum etiam nobilioribus negotiis addicti; alii communi nomine купцы Kupcy, mercatores nuncupati, quorum rei augendae rationes in patria mercibus emendis et vendendis continebantur. Jam a vocabulis cataractarum Borysthenis ad Slavonicum nomen loci, ubi Ara et Albis convenient, causa observandae varietatis grammaticae progrediar.

IV. Inter Ditmari Merseburgensis vocabula Slavica, quorum etymologiam vel ipse adnotavit, vel descriptione adjecta indicium originationi dedit, ut praeter superius exposta sunt: exulis JAROMIRI, qui firma pax interpretatur; BELEGORI, quod pulcher mons dicitur; WIRIBENI juxta Albim posita, aliaque hujusmodi complura locorum nomina; illud Slavonice USTVICE Lib. VI. dictum, ubi fluvii Ara et Albis convenient, mihi pluribus de causis adnotatione dignum est. Expensis enim Slavorum vocibus dialecti non tantum lit-

105) Qui peculiari dissertatione suorum Opuscularum Philologicorum Lugduni Batavorum A. 1764. 8. maj. editorum egit de Negotiatoribus Romanis.

litteralis, verum etiam Russicae atque Bohemicae antiquioris ad institutum pertinentibus, quae sunt: О́стровъ, устья, въста, ос; О́стнѣкъ, labia; Въста 106) vel Ostij; (О́стрие рѣккы, ripa;) nomen locorum in Bohemia ad confluentes amnes vel fluviorum ostia sitorum; primum quidem post illam antiquiorem Slavorum Austriae vocem SPRAZА superius laudatam, heic de alia pluribus exemplis forma duplici diversae Slavorum stirpis edocemur. Exemplum Ditmari philologice perfectius mihi videtur esse: duali enim numero vox illa USTWICE, О́ствицкъ, perscripta, naturam duorum confluentium fluviorum itidem exprimit, sicut vocabulo О́стнѣкъ duo labia indicantur (Ps. CXVIII, 13. О́стнама мойма.) Ut hac formula vocem Ditmari perscribam, ista ratione inducor: quia Slavi veteres, prout adhucdum in dialecto litterali Serborum originaria usus obtinet, nomina recentiori Bohemorum enuntiatione casu recto numeri singularis desinentia in — ice, proferebant exitu formae — ица; e. g. рѣкавица chirotheca, in duali numero

106) *Usta, Usk, Austa, Regia urbs Provinciae Litomericensis. Conf. Cl. Jaroslai Schatter Topographie des Königreichs Böhmen. V. Th. Leutmeritzer Kreis. Prag. 1787. 8. pag. 172. Stranskio etymologia nominis ita placuit, ut Reipublicae Bojema Cap. II. §. 15. scriberet: unde non inepte meo judicio posset Ostia vocari; ratione a Latinis deducta, quibus Ostia, urbs Latii ab exitu Tiberis in mare, feminini generis vocabulo appellata est.*

20 ꙗкавицѣ: istum vero numerum exigit ipsa
 descriptio loci, ubi duo fluvii conueniunt, li-
 cet vocabulum peregrinis descriptum litteris,
 etiam si Bohemorum orthographia Cyrillicae
 analoga perscribatur, **ѹ**ст^ьвіцѣ, depositum
 enuntiationis obscure reddat. Magno enim
 in perfecta scribendi ratione Slavica nobis
 impedimento est defectus propriarum lit-
 terarum ү et ү, quarum utramque peregrino
 charactere c signantes discriminem posterioris
 vel stigmate ć, vel consequenti vocali jerata
 sarcimus; quin tamen ubique omnis difficul-
 tas evitetur, ut analogiam litteralis dialecti
 Slavorum exprimamus. Igitur non simplici
 littera े, sed charactere े signandum est
 Merseburgensis Episcopi vocabulum Оѹстѣн-
 ცѣ, ut vis, et monumentum dualis numeri
 ex topographia Slavonica repetitum in eo
 animadvertisatur. Hujus exempli causa liceat
 heic innuere, quam vehementer fallantur
 quidam Scriptores, qui putant: Versione S.
 Codicis ex archetypo Graeco dualem num-
 erum a nostris Interpretibus in linguam Sla-
 vonicam inductum fuisse: nisi malint afse-
 verare Serbos Septentrionales atque Bo-
 hemos, jam praesenti epocha vocabulorum,
 Versione Slavica Cyrilli et Methodii usos
 fuisse. Sed redibit suo loco de usu dualis nu-
 meri sermo; nunc illam scriptionis et enun-
 tiationis varietatem attingamus, quibus vox
ѹста, cum reliquis supra laudatis vocibus,
 aliisque compluribus, dum civitatem sive
 locum significat, jam differt a recentiori Bo-
 hemorum scribendi modo per au, sed potes-
 tate soni ex o et u constantis. **ѹ**стїј enim et
Лynn civitates ab Andrea de Dube in MSto

Vindobonensi veteri orthographia signatae, nunc *Austj* et *Launy* scribuntur. Magnam ego hujus varietatis difficultatem sentio, dum nostrae dialecti voces in principio, vel in medio, in fine plurimum ista diphthongo *au* a litterali Slavorum orthographia recedentes, ad avitam auctoritatem et consuetudinem Slavonicam reducere, atque characteribus Cyrillicis ita describere conor, ut Slavophili hujus commutationis orthographicae in-dolem facilius intelligere, et cum formulis etymologicis dialecti Litteralis comparatam distincte valeant percipere. Nam istius comparationis defectu Grammatici Bohemo-Slavici, ut equidem mihi de operibus eorum constat, laudatam diphthongum *au* nihil aliud esse arbitrabantur, nisi ú longum ex brevi ortum 107); qua eorum opinione suscepta in Grammaticae *rationalis* et *harmonicae* studio plurimum impedirentur Slavophili; et saepius frustra quaererent vocem Bohemicam, et formulas etymologiae auctoritate Slavonica comprobare. Sed pace illorum Virorum alioqui de lingua nostra optime meritorum dicam, eos quidem antiquissima Bohemorum MSta in hanc rem contulisse; linguae vero litteralis Slavicae formulas, quibuscum nostra dialectus, quo haec antiquior est, tanto magis convenit, nunquam illi consuluisse videntur; quamquam vel ista obser-vatio Bohemicarum formularum, quare in in Accusativo Casu dicamus *māu rukū*, in

In-

107) Vid. Doleschalii Gramm. P. I. §. II. Observ.
III. 3.

Instrumentali vero *mai* *rūkau*, eos inducere potuisse in amplioris causae opinionem: non enim pronomen *mai* in utroque exemplo eadem ratione diphthongi *au* natum est ex *mi*, sed priori loco ex *moi* (мою) *mogi*; et *rūkau*, ex *rukoia* (мою ръкою) *mea manu*. Hujus equidem loci non est, ut singula istius diphthongi *au* rationum momenta exponam; sed occasione vocabuli ad praefatam varietatem pertinentis observatione dignam esse putavi originationem, qua non solum ex *u* Bohemico et Slavorum *g*, ut ipsam laudati Grammatici docent; verum etiam ex *o* id est *iu* illa diphthongus repetitur. Rarius quidem in principio, ut in voce *ѡдоль*, *audolj*, *vallis*; sed in fine omnium frequentissime: ut regula haec, quam Dole-schalius profert 108): „*au* ponitur in Accusativo et Instrumentali Foeminino Adjectivo-rum trium Terminationum, item in Instrumentali Foeminino Substantivorum et horum trium Pronominum *gá*, *ty*, *sebe*, —“ ad solam diphthongum *o* referatur. Probe igitur notandum est, Slavonicum characteris *o* sonum a Bohemis recentioribus non solum in vocalem *i* transire, verum etiam cum diphthongo *au* commutari. Prius tamen maiores nostri *o* in *u* mutasse videntur, quam in *i*: nam in Fragmento Vindobon. Bibl. Palat. *Pissionalis rhythmici* licet *o* Slavorum per *iu* vel *yu*, ubi nunc apud nos *i* vocalis enuntiantur et scribitur, in MSto diligenter veteri potestate sit exaratum; tamen sola littera *u* de-

108) Ejusdem P. I. §. IV. Observ. IX. 2.

descriptus est ille casus, quem Slavi diphthongo *io* adhucdum signare solent; exempli causa: *тоюже причиною*, in Fragmento scriptum est: TUSE PRSICHZINU (lege *túže přičzinú*, id est; *tauž přičinau*); *io* vero, id est *gi*, *eam*, recentiori enuntiatione, sine commutatione in MSto ponitur *yū*; imo et Slavonicum *Oýже, jam*, heic scriptum est *yus*, id est *guž*, prout vulgari enuntiatione ista Slavinitas adhucdum custoditur, pro *giž* recentiori. Quamquam sonus *i* ex *io* refictus graciilior sit; tamen ille diphthongo *au* prolatus pinguior est, et veteri Slavorum enuntiationi cedere deberet: quis enim molliorem et cohaerentem in hac *ρύκων*, *rukoiu* enuntiatione sonum, prae isto pinguiori *rūčau* os ipsum nescio in quam hiantem angustiam deformante *ou* non observet? Profecto majores nostri in primis quarundam vocum syllabis, ambiguitatis, non vero soni causa, illam varietatem induxerunt: ut nomen *μάκα*, quo Slavis *poena* et *farina* significatur, in posteriori sensu *maučka* scriberetur; dum voce *Ογλαžjudicium* intelligimus, *saud*; *vasis* autem significatu *sud* enunciaretur; atque in hunc modum de aliis paucis vocibus constituerant. Sed hac discriminis necessitate minus observata, etiam voces aliae dicta varietate perscriptae sunt: ut *aužkost*, *auklād* cet. quae merito iterum *v* loco *au*, observante Dolešhalio, obtinuerunt, *Fratribus Boh.* rationem istius orthographiae perspicientibus. In ultima vero syllaba nescio cur illa varietas ab antiquioribus Bohemis inducta sit, ut *u* pro *iu* scriberetur in Instrumentali casu feminino superius laudato; apud recentiores *u* transivisse

ivilse in *an* puto itidem discriminis causa, ut Instrumentalis non confunderetur cum Accusativo, maxime quum accentus neandum regulariter observarentur. Nolim ego in Bohemicam, qua nunc utimur, scribendi rationem istis observationibus ullam inducere commutationem; ea tantum de causa characterum 8 et 10 varietates in enuntiando et scribendo apud Bohemos obtinentes animadvertis, ut, quod complures Viri docti etiam allophyli pridem desiderarunt, ab eruditis saltem nostrae res litterariae Cyrillicis describerentur characteribus. Foret ista litterarum consensio majori nostrae dialecti, atque communis etiam Slavicae litteralis linguae incremento, ac utilitati patriae commerciorum augmento cederet, dum nostra ab omnibus propemodum Slavicae gentis popularibus, cum primis dialecto litterali assuetis legerentur et intellegerentur tanto facilis, quanto magis praesens difficultas ex more scribendi procedens, Cyrillicorum characterum usu tolleretur. Solius Illustrissimi Sparwenfeldii jam supra laudati ad hoc institutum consilii ratio eo majori nobis deberet esse incitamento, quantum Vir iste allophylus ab omni praejudicio remotus, humilitate, eruditione, judicio, auctoritate ac studio praestabat; ut ei universa Slavorum gens multum incrementi ad litteraturam communem et antiquissimam collati omnino debeat.

Diutius equidem ac modus introductionis admittat, in Slavorum vocibus hoc specimen notandis haereo; sed primum id eorum

rum indicio eruditorum Virorum factum est, qui meum Bibliothecae Slavicae conspectum in Ephemeridibus litterariis mense Junio anni superioris recensentes inter alia futuri operis momenta Caput hocce II. et VI. *Introductionis* dignum sua observatione signarunt; quorum ego expectationi satisfacere cupiens plus operae in hanc partem impendi; dein in hunc modum egi, ut Slavicae gentis mores ingenii populares, et quid propria industria, quidve aliorum imitatione populorum in communis linguae studio ab ea factum sit, praecipuo conatu, certis monimentorum exemplis atque observato temporum discrimine jam heic tantisper attingerem, quo facilius Vol. IV. Cap. XXI. Specimen popularis Philosophiae Slavorum in lingua Litterali et Bohemica observatae dare valeam. Cui vocum orthographiam, etymologiam, interpretationem, terminosque vetustate nimia caligantes, nimis minute, aut fusius descriptsisse videbor, hunc ego humanissime interrello, velit meis conatibus veniam dare, si Richardi de Bury 109). Episcopi Dunelmensis sedulitatem et inconcussum curiositatem in descriptiōnibus congruis minus, quam optaveram, assequutus sum.

Jam superest, ut huic Slavicae linguae vocabulorum specimini e medio Saec. VI, usque ad finem XI. deducto aliud subjungam brevi compendio voluntati eorum satisfac- turus,

¹⁰⁹⁾ Conf. hujus Episcopi *Philobiblion*. Cap. XII. de utilitate et necessitate Grammaticae.

turus, qui etiam de illis vocibus memoriae proditis, prius quam *Slavorum* et *Antarum* nomina unius linguae *populis infinitis* communia p̄ alsim scriberentur, nō se aliquid desiderant.

§. 6.

De Slavorum vocibus Anteprocopianis, singillatim de antiquissimo Danubii nomine JOZA, et prima Russorum memoria in Geographia Mosis Chorenensis; atque vocis Pān consensu cum ὀ παῦν.

Jam hoc primum omnino certum est, gentem illam, quae Saeculo VI. compluribus familiis majoribus atque nominibus a loco habitationis passim derivatis discreta, *Slavorum* et *Antarum* communi appellatione comprehendebatur, unius linguae commercio, ea runderem legum observantia iisdemque moribus 110) conjunctam fuisse. Hujus conjunctionis vinculo quum non habeatur majus in societate humana, nonnulli Scriptores magna diligentia in antiquiora Slavonicae gentis vocabula diverso conatu inquisiverunt. Ut enim quisque suis rationibus de antiquitate sedium gentisque hujus originibus secum in animo constituebat, ita quoque arbitrabatur in monimen-

110) Verba Jordanis supra pag. 11. laudati; et Procopii Caesariensis de moribus *Sclavenorum* et *Antarum* contextus infra sub initium Cap. III. descriptus, conferantur.

nimenta linguae inquirendum esse. Igitur opiniōnum varietate factum est, ut illi Scriptores, qui Slavos longe ante Justiniani tempora Dalmatiam occupasse existimabant, vocum Slavonicarum monumenta ex nominibus locorum, incolatu laudatae gentis verosimiliori antiquioribus, deducere, ac etymologias elicere conati fuerint. Talem operam vindicandae in Illyrico linguae Slavorum antiquitati libro, 111) singulari *Sebastianus Dolci* nostra aetate impedit, quo adnisus est probare *Slavonicae linguae semina fuisse in Illyrico a Slavenis inventa*; repertum videlicet Scythicae linguae usum, cui facillime nova dialectus accesserit venustiori tantum efferendarum vocum ratione, et quibusdam loquendi proprietatibus attributis: ita quidem, ut sermo vetus Dodanaeorum a *Dodanim* patre Illyriorum dictus, idem sit cum Illyrico sola dialecti venustate diversus; imo linguam Scyticam, aut Celto-Scythicam, sive Illyricam priscorum temporum ratione habita, tria nomina, sed rem unam esse Dolcius propugnat. In robur suae assertionis produc-tum.

111) Quem ita inscripsit: *De Illyricaे Linguae vetustate et amplitudine Dissertatio Historico — Chronologico — Critica. Auctore F. Sebastiano Dolci a Ragusio Ordinis Minorum Observantium Lectore Jubilato — Venetiis c13 CCCLIV. apud Franciscum Storti 4. pagg. 64. Contra Dolcium epistolam Italice scripsit Hieronymus Franciscus Zanetti; et contra hunc Academicus Patavinus Dolci edidit duas plagulas in 4. Ferrariae*

1745.

Tom. I.

Q

tum *Salonae* nomen Illyricum else probat, quod *Appianus* 112) eam civitatem *Slanam* appellaverit. Sed pace Viri ceteroquin de rebus Illyricis bene meriti dicam: *Illyrica*, seu Slavis communia nomina *Slán*, *сланый*, *Slany*, *soleny*, *солнный*, *salsus*, a vocabulo *солъ*, *ssl*, *ἀλε*, *sal* derivata, quum et radice nominis et significatu cum lingua Latina conveniant, dubito solidioris argumenti pondus habere pro tuenda Illyricae linguae sensu Dolcii antiquitate. Posset equidem *Appiani* *Slanam* scribendi modus isto litterarum SL complexu Slavis usitato eam opinionem aliqui suggerere, horum potius quam Latinorum consuetudine civitati laudatae nomen impositum fuisse; sed animadversione critica opus est, ut vel ipsa *Appiana* scriptionis veritas 113) in assertionis vim adduci possit: nam in antiquis inscriptionibus Etruscis atque Latinis subinde vocalis extrita desideratur, ve-
lut Cl. *Lanzius* operis jam supra laudati Tom.

I. P.

112) Vid. *Dissert. Dolcii* §. XV.113) Contuli *Appiani Alexandrini* auctoritatem laudatam lib. *de bellis Illyricis*. Parte II. *Romanarum Historiarum*, qua *Historiae Celticae* ac *Illyricae* Fragmenta continentur; editionis *Alexandri Folii Amstelodami* 1670. 8. maj. sed heic pag. 1201. quod attinet ad nomen urbis laudatae, talis est solius *Latinae* recensionis verborum contextus: *Sequenti tempore Caecilius Metellus consulatum adeptus, nihil delinquentibus Dalmatis, triumphandi libidine, bellum ex decreto intulit, a quibus amice suscep-
tus, in Salone eorum urbe transegit hyemem.*

I. P. II. Cap. 3. et in Supplementis varietatem scribendi animadvertisit. Quantum nobis ipsis ista solius etymologiae consecratione imponere possumus non bene cohaerentis cum re omnino gesta opinionis, in specimen seductionis mihi proposui laudato Cap. vocem **GRABOVIE** a Lanzio productam, quam si vellem comparare cum Slavorum nomine adjectivo **hrobowý**, **гробный**, **sepulchralis**, derivato a **гробъ** consensu vocis Teutonicae *das Grab*; nescio cujus etymologiae *Jovi Grabovio* minus aptae, ac operae inanis accusari possem. Sed nolim diligentes illustrandae rei Slavonicae vobum *Anteprocopianarum* investigatores, prout quisque de originibus nostrae gentis a Procopii aetate longius remotis opinabatur, ex animi proposito refutare: quum istae, post impigros etiam complurium eruditorum Virorum conatus, adhucdum magnis difficultatibus involutae mihi videantur. Nec ego me parem sentio huic tam vastae monimentorum lectioni, quibus tot varietates Geographiae veteris, diversa medii et altioris aevi Scriptorum testimonia, veterum Europae linguarum commutations et commercia ad concordiam revocare valeam. Hujus rei causa malui a certioribus initiiis historiae gentis, et linguae *Slavonicae* monimentorum mea studia ordiri; atque heic etiam imbecillitatem ac ignorantiam meam potius profiteri volo, quam temere fiduciam ostentare. Itaque vobum *Anteprocopianarum* adnotationes, mearumque observationum conjecturas, iudicio lectorum committens ad *Dolcium regredior*, qui §. XI. aliud vocabulum, idque pu-

rum putumque *Illyricum BYLAZORA*, quo
 candida aurora significatur, sibi videtur ob-
 servasse apud T. Livium Lib. IV. Decad V.
 114) cuius verborum contextus est iste: *circa*
Desudabam in Maedica exercitus Gallorum con-
sederat, mercedem pactam opperiens. Eo mittit
Antigonum ex purpuratis unum, qui juberet,
multitudinem Gallorum ad Bylazora. (Paeoniae
is locus est) castra movere. Bylazoram tempore
Philippi patris Persei maximam Paeoniae
urbem fuisse, qua transitus erat ex Dardania
in Macedonia, Livii editor §. 8 ex Polybio
adnotavit; Dolcius vero de situ Paeoniae ita
monuit; „Paeoniam Macedoniae contermi-
 „nam fuisse, is unus negare potest, qui nun-
 „quam haec in Justino legit:“ *In regione Pae-*
oniae, quae nunc portio est Macedoniae, reg-
nasse fertur Telegonus pater Astriopaei, cuius
Trojano bello inter clarissimos vindices urbis
nomen accepimus. Nemo equidem dubitat
*vocabulum *Bylazora* (prout eadem scribendi*
ratione ΒΥΛΑΖΟΡΑ habetur apud Polybium)
convenire cum puris vocibus Illyricis, dia-
*lecti Dalmaticae spectata enuntiatione: *bjela**
zóra, idem significantibus, quod litterali Sla-
*vorum lingua *bjela* *zápa* et Bohemorum *bjelá**
*záře, id est *alba aurora* profertur. Sed hujus*
vocis, atque nonnullarum quoque aliarum
causa nolim cum Dolcio excluso prudenti
dubio unam Macedonibus et Illyriis linguam
afse-

114) Seu Libro XLIV. Cap. XXVI. Editionis, quam
 curavit Arn. Drakenborch Amstelaedami Ann.
 1738 — 1746. septem vol. 4. Tom. V. pagi-
 na 777.

alserere, cuius communio non adeo singulorum quorundam vocabulorum consensu, sed magis formularum etymologiae atque modi verba jungendi similitudine continetur. Mirror tamen laudatae vocis indolem, et formulis, et complexu, et significatu Slavonicam antiquissima enuntiationis consuetudine, ut equidem collatione veteris Bohemorum dialecti constat, qui cum Dalmatis laudati vocabuli syllabam priorem per 30 proferebant, teste Dalemilo Cap. II. ubi Czechus ascende aurora jam in monte Rzip constitisse dicitur:

Zaytra v prawé zōře
By (et) Čzech sám sedmý na té hoře.

In hac vocabuli notatione industria Dol. cii tanto magis mihi placet, quanto minus commercii cum linguis Graeca et Latina in complexu vocum *Bylazora* invenio. Licet enim Polyhistor Morhofius 115) laudata Christiani Daumii opera in restituendis linguae veteris Latinae radicibus, de consensu eorum cum Slavicis in hunc modum verba subjunxerit: *Quibus simul junctis in sermone si nunc quis uteatur; Slavonicam potius quam Latinam linguam loqui videretur; tamen in Bylazora nihil ego simile Latinitatis invenio,* prae-

115) Daniel Georgius, cuius *de Patavinitate Liveniana Liber*, ubi *de Urbanitate Sermonis Latinus universe agitur*, continetur Tomo VII. laudatae T. Livii editionis. Hujus Libri vid. Cap. VI.

praeter extremam vocabuli trium litterarum partem, qua finitur *aurora*. Sed spectatis radicibus aliis, quas Daumius, exempli causa, Cap. I. et II. restituit 116), sententia Morhoffii Latinis radicibus faciem Slavonicam tribuentis videtur mihi conveniens esse: quid enim verbum *So*, *Seo*, *Sejo*, unde usitatum *sero*, similius habere potest Slavorum *съю*, *сегу*, *сеги*, verbo adhucdum viridis usus, ejusdemque significationis? nec minus illud *sipo* rarum et vetus, cuius loco jam vulgatissimum est *dissipo*, convenit cum illo Bohemorum *sypiu*, veteri enuntiatione, sequiori *sypi*, praesenti *sypám*, et Slavonico *сыплю*, aucto epenthesi litterae *я* procul dubio recentiori. Non poterant Slavi radices illas jam pridem antiquatas a Romanis, aut recentioribus Latinis mutuo accipere; igitur hae sunt antiquissimae, vel communes utriusque genti, derivatae alio antiquiori fonte; vel alterutri linguae propriae ab altera serius adoptatae. Pelasgorum linguam antiquam fuisse Latinam, eamque, quod ad voces pure Latinas attinet, lingua Graeca longe fuisse antiquorem, suspicatur Humphridus

116) Operis inscripti: *De causis amissarum quadrangularem Latinae Linguae radicum, uti et multarum vocum derivatarum. Christiani Daumii de Latinae Linguae Analogia et Usu Commemationum Αποσπασμάτιον.* In collectione Dissertationum Rarissimarum Historico-Philologicarum ex Mus. I. G. Graevii editarum Trajecti Batav. 1716. 4. 445 — 535.

dus Pridaux 117); sed quis audeat consensu singulorum quorundam vocabulorum *formalia linguarum constitutiva et distinctiva*, ut scribit Thomas Reinesius 118), designare? *quum declinationis aliqua cognatio, conjugationis, constructionis, phraseon, imo litterarum paritas in diversissimis linguis reperiatur.* Nihil itaque parvae cognitionis argumento, et majori fiducia opinionis de priscae consensu linguae laudatarum gentium sensu Dolcii omnino asseverare valeo; maxime quia difficultates Geographicas in descriptione veteris Illyrici occurrentes solvere, et morum gentis hujus ab Appiano notatorum dissensum a Slavica vivendi consuetudine, quam Procopius Caesariensis memoriae prodidit, ad concordiam revocare non possum. Illa verborum singillatim sumtorum cognatio etymologica in comparationem Slavicae linguae a diversis Scriptoribus ita ducta est, ut alius 119) in Gothorum et Getarum gente originem

117) Apud laudatum Morhofium Cap. VI. de vetustissimo sermone Latino —

118) Vid. ejus ΙΣΤΟΠΟΥΜΕΝΑ Linguae Punicae. Cap. XIV. 1.

119) Slavos cum Gothis paßsim confundebant Graeci auctores; nec mirum sit, Thomam Archidiaconum Spalatensem Slavorum gentes ad originem Gothicam reduxisse, cui hanc opinionem suafisse potuit usus Gothicorum nominum apud Slavos Dalmatiae, prout Cl. Clemens Comes Grubissichius animadvertisit suae *In originem et historiam alphabeti Slavonici Glagolitici vulgo Hieronymiani Disquisitionis* Venetiis A. 1766. 8. editae, pag. 10. et sequentibus.

ginem Slavorum videat; alii 120) contra pro-
pu-

120) Conf. ejusdem pag. 32, et 36. ubi *Grubis-
sichius* asserit: Dalmaticos Scriptores cum Pho-
tio et Simocatta Gothos Sclavos dixisse, quod
Gothi Sclavonicae originis, et domicilio tantum
Germani essent populi. Sed in hac opinionum
varietate, quibus Gothi, Getae, Daci et Slavi
pro una eademque gente habentur, maxima est
difficultas componendi linguam Gothorum anti-
quissimam cum charactere et ingenio Slavicae
linguae, prout in iis adhucdum consentiunt illae
stirpes, quae jam ante mille circiter quadringen-
tosque annos eo commigrarunt, ubi locorum nunc
persistentes dialecto tantum a suis antiquis
tribulibus distinguuntur, et longe minus tot sae-
culorum decursu invicem differunt, quam si Go-
thicae sive Teutonicae dialecti mutuo comparen-
tur. Profecto ab ipsa singulorum sonorum pro-
prietate usque ad totam sermonis compagem Sla-
vi a Gothis arte grammatica differunt, ut mo-
rum ingenii originisque gentilis diversitas facile
appareat. Conabor hunc antiquissimae seu com-
munis linguae Slavicae characterem Capite se-
quenti ita describere, ut comparatione per sin-
gulas Grammaticae partes cum aliis gentibus in-
stituta, facies illius, quae Procopio Caesarien-
si nimium peregrina vel admodum barbara visa
est, tamen in ista peregrinitate singillatim con-
sentiat cum aliis gentibus, licet partium com-
plexus ipsumque sermonis aedificium proprio
quodam structurae ingenio exurgat, quod ex
prima elementorum compagine, qua sonorum
duplex habitudo *dura* vel *mollis* nascitur popu-
lari consensu, velut ex caemento et arte firmius

pugnent, Gothos fuisse Slavonicae originis; nonnulli linguae Slavonicae populos ad priscos Phryges ¹²¹⁾ quibusdam indiciis reducere conantur; imo non Phrygum modo, sed Phoenicum ¹²²⁾ quoque genus in convenientia sermonis observasse sibi videntur: maxime quum jam praeceserint Scriptores ¹²³⁾, qui affinitatem Slavonicae linguae cum Hebraea singulari opere collatam edi-

de-

et pulchrius cohaesurae molis deducitur. Mihi sane videbatur utilius rei philologicae ac ethnographicae futurum istam comparationem instituisse, quam pertinaci attamen incerto conatu inquirere in illam *Geticae linguae dialectum*, quae *Scythico Soloecismo* contineatur, et a nobis pro maire haberi debeat (Vid. Cl. Franc. Jos. Sulzer. *Geschichte des transalpinischen Daciens*.

I. B. I. *Hauptst. 3 Abschn. §, 76.*) omnium hodie dum persistentium Slavicae linguae dialectorum. Nam, quum omnes praecipuae dialecti Slavicae a veteri Gothorum sermone tali distinctione removeantur, quae diversitatem linguae arte atque ingenio grammatico ceu quibusdam faciei lineis et coloribus manifestam reddit; nescio in quem modum ille *Scythicus Soloecismus* et *Getica* possit esse tantummodo dialectus, et mater omnium Slavonicarum.

¹²¹⁾ Conf. Grubissichii Diss. pag. 52. et seq.

¹²²⁾ Ejusdem pag. 59.

¹²³⁾ Abraham Frenzelius aliquie, quorum sententiam de Slavonicae linguae cum Hebraea affinitate risu ab iis maxime exceptam, qui ejusdem linguae indolem minime cognoverunt, merito Comes Grubissichius pag. 63. animadvertis.

derunt. Nostris etiam temporibus non de-
fuerunt, qui Slavonicas voces compararent
124) cum Chaldaicis; non equidem illius lin-
guae cum Aramaea ejusdem cognominis,
Danielis Cap. II, 4. Sed Chaldaeо - Scythi-
cae, quae ipso sono nominum proprietatum
in γ = үаръ desinentium Slavonicum quid
prodere videtur. In tanta varietate cognatio-
nis in Slavonicum sermonem ex linguis in-
genio, moribus, aetate, regionibusque re-
motis ac omnino diversis ducta, non equi-
dem possum de omnibus exemplis in hoc
genere a Scriptoribus prolatis judicium ferre:
quam tamen in animum induxerim de con-
nexione quadam Slavorum Linguae cum
Graeca, Latina et Gothicā Cap. V. Vol. II.
agere, jamque superius nonnulla Slavorum
vocabula non solum cum linguis istis, verum
etiam cum Hebraico sermone comparave-
rim; dicam, etsi timide, quod sentio in hunc
prope modum, quo *de vestigiis linguae Hebrae-
cae in lingua Graeca universe disputavit* 125)
J. A. Ernesti. Majorum illius gentis, quae
postea *Slavorum* nomine communi maxime
inclaruit, ultimas origines ex Oriente esse
repetendas, ab iisque huic Europae parti,
quam Jordanes pag. 11. laudatus memoriae
prodidit, eam illatam esse linguam, qua in
Orien-

124) Conf. Equitis Michaelis *Spicilegium Geogra-
phiae Hebraeorum Exterae post Bochartium.*
Goettingae 1780, 4. P. II. *Chaldaeī* pag. 77 —
104.

125) Opusculorum Philologicorum et Criticorum
pag. 171 — 182.

Oriente usi sunt, non omnino absimilem Hebraicae; sed, velut Armenorum linguae origines quidam eruditii viri ab ea repetunt; ita quoque primis staminibus antiquioris nostri sermonis ab eadem ductis una cum cognitione unius *Dei*, et morum vitae *Patriarchalis* haud obscuris speciminibus in Europam translatis. Quum vero notum sit, quantam vim habeat, ut ad ingenia vel acuenda vel obtundenda; animos vel incitandos vel retunden-
dos, mores denique fingendos, ita ad sermonem variandum, penitusque mutandum, aër, quem spiramus; terra, quam incolimus, victus denique ipse moresque; fieri non potuit, ut sermo ille orientalis multorum saeculorum decursu non immutaretur. Sed, ut *Ulyssem*, quamvis ita per absentiam mutatum, ut a nemine suorum cognosceretur, tamen prodidit cicatrix: ita priscae Slavorum linguae ingenium quoddam orientale non potuit ita aboliri, quin nonnulla sui vestigia relinqueret, retineretque formas quasdam dicendi, unde origo ejus intelligi possit. De his itaque velut primarum sedium monumentis; de vestigiis vero linguarum Graecae, Latinae atque Gothicae in eodem sermone Slavico, velut ex cognitione sequiori, victoriis, convictu, migrationibus et consuetudine contracta, ne bis eadem repetantur, laudato Cap. V. exemplis et rationibus agam.

Omnium antiquissimam linguae Slavonicae vocem investigandi desiderio Dobrowskius tenebatur, eamque operam huic rei

sin-

singulari opusculo 126) impendit, quo probare conatur, primam vocem Slavonicam a Pomponio Mela Lib. III. *de situ Orbis* Cap. IV. isto verborum contextu memoriae proditam fuisse: *Sarmatia intus*, quam ad mare latior, ab iis, quae sequuntur VISULA amne discreta, qua retro abit, usque ad Istrum flu men immittitur. Post Melam nomen dicti amnis a Plinio *Vistula* scribitur; Sed Dobrowskio neuter scribendi modus videtur veritate niti; putat enim incorruptae scriptio nis modum a Mela tali orthographia obser vatum fuisse, qualis adhucdum apud complures Slavicae originis nationes laudati nominis enuntiatio viget, a quibus *Visla*, *Wisla* profertur. Vocabulum hocce Slavorum linguae proprium esse Dobrowskius probat: primum quidem ratione formae, cum aliis fluviorum nominibus feminini generis, uti sunt: *Odra*, *Moldawa*, *Sazawa* — eadem vocali a cadentibus; tum causa litterae l servientis substantivorum nominum formae masculinae in l aut el; fem. in la; neutr. in lo desinenti: porro praecipuo syllabae vis, wis fundamento, velut radice, quae in verbo vis-eti apud Bohemos, et Polonos wis-iec, ceterosque Slavos adhucdum in usu est. Quod equidem ad laudati verbi radicem attinet, haec etiam litteralis dialecti verbo κέκινο et βισινο suspendo et pendo confirmatur.

Etiam

126) Germanice scripto: *Über das erste Datum zur slawischen Geschichte*. Vid. *Neuere Abhandlungen der k. Böhmischen Gesellschaft der Wissenschaften*. I. B. Prag 1790. 4. p. 365.

Etiam hoc addiderim: Constantinum Porph.
P. II. Cap. 33. *Wislae* in hunc modum me-
minisse: *Venit autem posteritas Proconsulis et*
Patricii Michaëlis Βεστεβζη Zachlumorum Prin-
cipis filii, a non baptizatis accolis fluminis Βιτ-
λας, quod et Διτζικη cognominatur. Fortassis
a ferocitate: Slavicum enim verbum est **ди-**
чию, Bohemis **DIWOCIU**, **diwočj**, ferocio,
epenthetice auctum. Dobrowskius equidem
sententiam proferre noluit, qua rei circum-
stantia factum sit, ut *Wisla pendentis*, amnis
ex alto defluentis nomen sortiretur; ex fonti-
bus tamen illius praecipiti defluxu postea
uno alveo collectis appellationis causam de-
duci posse innuit.

Sed his omnibus *Anteprocopianis* vocibus,
Slavicae linguae, diversa probationum fir-
mitate, vel imbecillitate, ab auctoribus vin-
dicatis, quas ego in medio relictas narratio-
ne simplici attingere mecum constitui; una
vōx, non solum analogia, consuetudine,
auctoritate, usque adhuc praesenti omnino
Slavonica, verum etiam Russorum genti ab
auctore, qui eam primus memoriae prodi-
dit, jam Saeculo V. denoteat attributa,
mihi observatione dignissima videtur. Illa
nimirum, qua *Danubius* a Russis populari
nomine appellabatur teste 127) *Mose Chore-*
nensi: **JOZA**. Vocabulum hocce universae
Slavorum genti adeo proprium est, ut, li-
cet apud Dalmatas exiguum varietatem in
enuntiatione contraxerit, a quibus profertur
per

¹²⁷⁾ In *Geographia* edit, Londin, N. 22. p. 345.

per *uža* et *vinculum* significat; identidem apud *Bohemos* gentesque dialecto nobiscum consentientes, paulo majori varietate, inserto nimirum *d* epenthetico, quibus *uzda* 128) *vzda*, est *vinculum*, quo equorum ora coercentur, sive frenum; sine hac epenthesi simplicitate radicis apparente in vocabulo *vz-el*, *nodus*; *sarcina*, ubi syllaba *el* ad formam nominis substantivi generis masculini pertinet: tamen in dialecto litterali originaria enuntiatione *joza* (ꙗ) passim hoc antiquissimum linguae Slavonicae vocabulum incorrupte servatum est, cuius prior syllaba primariarum dicti sermonis radicum numero sine dubio continetur. Nec obstat, in editis Codd. Scripturarum SS. Vers. Slav. *vinculum* aut *nexus* et *vincula* vario scribendi genere esse redditia: ut *Coloss.* III. 14. Edit. Mosq. 1083^z; *Ephes.* IV. 3. въ союзѣ мири, in *vinculo pacis*; *Mar.* VII, 35. οὐζα ἀζηκα, *vinculum linguae*; *II. Tim.* II, 9. Δική Δο ουζη, usque ad *vincula*: illa enim vox composita τονζη custodit radicem ꙗ, cuius alia forma gen. femin. ꙗ Mosis Chorenensis auctoritate nititur, et usum laudatae duplicitis formae apud Slavos antiquissimum esse confirmat. Grammaticum tamen, qui *custos est sermonis*, haec observatio philologica historiae innixa decet, ut noverit discernere, quid in urbanitate sermonis antiquius, quid serius

128) Nisi melius sortassis dixerim, syllabam *da* formativam esse nominis *freni* significatu apud Russos quoque, Dalmatas, et in litterali dialecto occurrentis.

serius et quo popularium consensu accitum sit: quamquam heic nolim ullam dialectum Slavonicam ab jure urbanitatis ita exclusam, ut in ea propria linguae antiquiori vocabula subinde melius quam in litterali posteriorum saeculorum servata fuisse negem. Supra enim jam animadverti, vocabulum **тынъ** in recentioribus S. Cod. Slavonici exemplis vix inveniri; quin tamen apud Bohemos ejus monumenta cum in MStis, tum in topographia praesenti (**Tyn**, **Teyn**, **Tyna** **Rowenſtā**) periverint; apud Russos vero Slavinitas illius etiam hodierno usu confirmetur. Non equidem historica fide asseverare possum, finium occasione Danubio nomen *Joza* fuisse impositum a Russis, imo Slavis, ut ego arbitror, ista nuncupatione comprehensis, et usque ad ripam Danubii *dispersis*; veri tamen similior mihi videtur esse hujus appellationis causa ducto in rationem *vinculi* nomine, situ, et historia temporum. Sed forsitan antiquatus fuerit, opinione mea, usus vocabuli, postquam ceso militum Magistro Chilbuldio *Antis et Sclavenis* 129) *libera semper fuit amnis transmissio*, et *Romanæ res incursibus eorum patuit*: hac enim finium protensione ruptum est *vinculum*, quo Slavi ante Procopium continebantur.

Dum istam Anteprocopianorum linguae Slavicae vocabulorum brevem notitiam describo, Professor Alter ab explicatione Thucydidis in Bibliothecam rediens, et quidpiam novae

¹²⁹⁾ Teste Procopio Lib. III. Cap. 14.

novae observationis philologicae aptum Slavicæ rei illustrandæ ipso accessu innuens me docet; in Thucydidis 130) isto contextu verborum: „Hoc autem tantæ cladis nuntio „Athenas allato, Athenienses diu ne praeci- „pus quidem militibus ($\tauοις \pi\alpha\upsilon \tauων \epsilon\varphi\alpha\tauιω\tauων$), „qui ex ipso proelio evaserant, et aperte nuntiarant, fidem habuerunt, ut sic fundi- „tus eversa crederent —“ esse illustrem con- sensum vocabuli Slavonici PAN, cumpri- mis antiquissimo usu Bohemorum, apud quos summi ordinis viri cœlebres ac nobiles, non aliter quam Páni appellabantur; quemadmodum in alio Thucydidis 131) loco *summus ordo* laudata voce $\tauο \pi\alpha\upsilon \alpha\chi\gamma\beta\epsilon\epsilon\varsigma$ describitur ab Alcibiade his verbis Atheniensibus sua- dente: „Sed solita modestia, quemadmodum „et maiores nostri res ipsas in hunc statum „extulerunt, dum juniores una cum seniori- „bus consultarent, nunc etiam eadem ratio- „ne rempublicam amplificare conemini: et „existimetis juventutem ac senectutem, alte- „ram sine altera, nihil posse. Sed si insimus, „et medius, et *summus ordo* sit simul permix- „tus, maximas vires habere.“ Summus ille ordo majoribus nostris ejusdem vocis $\tauων \pi\alpha\upsilon\omega$ potestate dicebatur *Status Dominorum Stan- Pansfyl* supremo nobilitatis gradu, ita, ut solo nomine Pán scripto jam quisque intel- ligeret, primi ordinis virum nobilem Bohe- miae indigitari; quo Presbyter Diocleates de

130) De Bello Peloponnesiaco edit. Andr. Dukeri Amstel. A. 1731, f. Lib. VIII. sub initium.

131) Lib. VII. 15.

de Chrobatis testatur, illos, qui ducali sanguine prodierant, itidem appellatos fuisse *Pános*, id est *Dominos*, quemadmodum apud nos nuncupabantur. Aestimatio hujus vocabuli tanta fuerat, ut illustres viri ad nos commigrantes, qui prius *Comitum* titulo insigniti erant, hujus nominis versuram fecerint, velut de inclyta Austriacorum *Comitum de Bernek* familia testatur id vetus *Chronicon Zdiarense* 132), quod de *Smilone*, qui Anno MCCCXII. mortuus est, loquens ita ait: *Hic omisso Comitatus titulo, primus se Dominum de Cunstat nominavit.* Gothis, ut in Codice Carolino videmus, nomine FAN vel rectius FANA 133) *Dominus* itidem significabatur; sed istius vocis consensu nihil doctiores reddimur de vi, potestate ac philosophia vocabuli PAN; sola Atheniensium consuetudo comparata cum antiquissimo usu Slavico nos edocet, παν adverbium, a παν, omne deductum, dum articulo jungitur et dicitur ὁ παν significare emphasin, et transire in potestatem nominis, quo praecipuae summaeque nobilitatis vir significatur. Apparet igitur hac vocabuli et significationis consensione quedam Atheniensium sive antiquitas, sive gustus in Slavico nomine Pán, quod majores nostri cum alio praestantiae causa suarum consuetudinum gnari commutare no-
lu-

132) Apud Gelas. Dobner Annal. Hagec. P. II,
pag. 142.

133) Vid. Franc. A. Knittel Ulphilae Versionem Gothicam, ubi primi generis vocum compendia adferuntur et explicantur,

luerunt. Ex hoc antiquo nominis usu et excellentia pendet proprietas sensus formula-
rum, dum sermo est de novellis decisionibus:
Páni nalezli. *Proceres invenerunt;* **Nalezowe**
Pansſtj, *Edicta Procerum:* et universim, ve-
rus atque genuinus vocabulorum intellectus
moribus atque legibus ritibusque gentium an-
tiquioribus maxime illustratur, cujus causa,
quantum euidem Introductionis ratio ad-
mittit, malui eligere Procopii Caesariensis
Lib. III. Cap. 14. de *Sclavenorum et Antarum*
moribus celebrem locum, quem antiquiori-
bus monumentis cum historicis, tum philo-
logicis, praesertim legum Slavicarum frag-
mentis, et consuetudinum memoriis illustra-
rem, ubi recentiores de hoc instituto Scrip-
tores vix aliquid observarunt: qualis est ex-
empli gratia *Legis*, quae universae Slavorum
genti **ZAKONZ** appellatur, originatio historica
et philologica; aliaque hujus modi momen-
ta, moribus ingenii ac vitae Slavorum cog-
noscendis idonea vel necessaria.

C A P U T . III.

De moribus Slavorum gentilium, ut equidem illi linguae communi illustrandae necessarii sunt, brevis commentatio celebrem Procopii Caes. locum exponens.

Contextus verborum Procopii.

Et vero hi populi, *Sclaveni* inquam et *An-*
tae, non uni parent viro, sed ab anti-
„quo in populari imperio vitam agunt, ac
„propterea utilitates, et damna apud ipsos
„in commune vocari solent. Aliarum etiam
„rerum fere omnium ratio ab utrisque Bar-
„baris servatur eadem, sicutque olim consti-
„tuta. Unum enim Deum, fulgoris effecto-
„rem, dominum hujus universitatis solum
„agnoscunt, eique boves, et cujusque gene-
„ris hostias immolant. Fatum minime no-
„runt, nedium illi in mortales aliquam vim
„attribuant: at cum sibi vel morbo correptis,
„vel proelium ineuntibus, jam mortem ad-
„motam vident, Deo vovent, si evaserint,
„continuo victimam pro salvo capite macta-
„turos: elapsi periculo, quod promiserat sa-
„crificant, eaque hostia vitam sibi redemptam
„credunt. Praeterea fluvios colunt, et Nym-
„phas, et alia quaedam numina quibus om-
„nibus operantur, et inter sacrificia conjec-
„turas faciunt divinationum, In tuguriis ha-
„bitant vilibus, et rare sparsis, atque ha-
„bitationis locum subinde mutant. Cum pug-
„nam invadunt, multi pedibus tendunt in

„hostem, scutula, spiculaque gestantes manibus. Loricam non induunt, quidam nec subuculam habent, nec pallium, sed cum femoralibus tantum, ad virilia usque aptis hosti se offerunt ad certamen. Una est utrisque lingua admodum Barbara, nec forma corporis inter se differunt. Sunt enim proceri omnes, ac robustissimi. Colorem nec summe candidum habet cutis, nec flavum coma, neque is plane in nigrum deficit, at subrufus est, et quidem omnibus. Vitam aequa ut Massagetae, victu arido, incultaque tolerant, toti, sicut illi, sordibus et illuvie semper obsiti. Ingenium ipsis nec malignum, nec fraudulentum, et cum simplicitate mores Hunnacos in multis retinent. Nomen etiam quondam Sclavenis, Antisque unum erat: utrosque enim appellavit Sporos antiquitas, ob id, opinor, quia σποράδην, hoc est sparsim et rare positis tabernaculis, regionem obtinent, quo fit, ut magnum occupent spatium. Et vero ulteriores ripae Istri partem maximam habent. “

Haec morum descriptio quamquam brevis videatur esse, tamen summa capita Slavicae gentis antiquitatum ad divisionem et ordinem populi; ad leges et consuetudines; religionem et ritus; disciplinam privatam et militarem; communionem unius linguae, ipsumque ingenium et morum simplicitatem pertinentia succinto verborum complexu inuit. Originem hujus gentis paulo altius repetere, aut primas omnium sedes certis rerum gestarum testimoniis comprobare, nec meum animi propositum, nec praesentis insti-

stituti ratio, neque vires admittunt: sed, velut Capite praecedenti ex prima Slavorum memoria Procopii et Jordanis testimonio firmata eorundem Slavorum linguae antiquissima vocabulorum specimina justorum fide monumentorum nixa producere conatus sum; ita quoque auctoritatis ejusdem robore, id, quod in moribus et ritibus Slavorum antiquissimum est, atque universae genti, majori saltem aut praecipua stirpium parte, commune vel olim fuisse, vel quadamtenus adhucdum persistere cognoscitur, ad illustrandum Slavicae linguae communis et antiquissimae ingenium praesenti Capite breviter adducam. Necdum huic Slavorum historiae parti cognoscendae vel similia virorum eruditorum scripta habemus, qualia Lipsii exempli gratia Panvinii, Sigonii aliique illustrandis antiquitatibus Romanis tradiderunt; vel, qui succinctam explicationem morum ac rituum, qui olim apud Slavos obtinuerunt, tali methodo conscripsissent, qua *Compendium Antiquitatum Romanarum* nobis dedit Cl. G. H. Nievpoort typis exscriptum Budissae A. 1739. 8. Primas tamen ejusmodi speciminis 1) lineas impigro conatu heic ducere incepit eruditus Lusatiae Vir Cl. Doctor Carolus Gottlob Anton: quamquam praeces-

1) Duplici opusculo in hunc modum inscripto: I. *Erste Linien eines Versuches über der Alten Slawen Ursprung, Sitten, Gebräuche, Meinungen und Kenntnisse. Mit zwey Kupfern.* Leipzig 1783. 8. II. *Erste Linien — Zweiter Theil.* Ibidem 1789. 8.

cesserint alii Scriptores, qui vel aliud agendo, vel ex animi proposito cum de antiquis, tum recentioribus singularium Slavicae originis nationum moribus commentati sunt, quorum brevem notitiam sub finem hujus Capitis dabo. Sed, qui linguae Slavorum veteris in hoc genere commentariorum rationem ita pensi habuerint, ut mores descripti Slavonicorum antiquitate vocabulorum, et vicissim horum vis ac ingenium vetustate constuetudinis illustrentur, paucos inveni. Itaque desiderio scientiae, qua Slavonici mores et consuetudines cum ingenio linguae jungantur, vel praecipua studii hujus parte mihi proposita, in vocum antiquitatem, historiam et usum cumprimis inquiram.

§. 1.

De divisionibus populi Slavonici, ejusque ordinibus in populari imperio.

I. Jam sub medium Saeculi VI. populum istum, quem uno nomine *Spororum* ab antiquitate appellatum fuisse Procopius dixit; et Jordanes itidem uno, sed alterius appellationis, *Vinidarum* nempe *populosae nationis* nomine significavit, uterque pari sensu principaliter in *Sclavanos* et *Antas* divisit. In hac profecto divisione non sola fortitudinis *Antarum* praestantia 2), et discretarum sedium a Jordane atque Procopio signata

2) *Antes vero, qui sunt eorum fortissimi — Jordanes in contextu pag. 11. laudato.*

nata descriptio 3), verum etiam illius ratio discriminis spectari debet, quod suapte natura in remotioribus locorum spatiis nascitur etiam in eodem sermone unius populi, qui vinculo unius linguae maxime conjungitur. Non potuit utraque natio ejusdem gentis per immensa spatia ab ortu *Vistulae* ita dilatari, talique populi numerositate infiniti a laudatis Scriptoribus celebrari, quin longius quoddam tempus intercesserit, quo excurrente aliqua linguae Slavicae generatim sumtae discriminata sint ex ista divisione antiquiori Slavinorum Antarumque populi; maxime quum ipse Procopius 4) jam illis temporibus inter eos ortorum dissidiorum ita meminerit, ut res ad manus et pugnam veniret; postea utrisque in amicitiam foedere percutso redeuntibus. In hac unius gentis divisione in duas nationes, duo praecipua rei popularis momenta Procopii verborum contextui innixa observatione digna sunt: prius, quod populi divisionem non solis nominibus factam, sed hujus discriminis certum quoque in se fundamentum contineat; posterius vero, quo, non obstante illa divisione, tamen rerum fere omnium ratione ab utrisque eadem servata, unius cumprimis linguae vinculum, et character quidam communis Slavici sermonis, seu facies describatur. In illud momentum, quo divisio gentis nititur primum inquiram, postea Procopiani contextus serie linguae unius characterem descrip-
tu-

3) Idem ibidem; Procopius Lib. IV. Cap. 4.

4) Lib. III, Cap. 14.

turus. Verbis itaque Jordanis atque Procopii expensis, videntur *Antae*, quorum hoc nomen paulo post in historia nostrarum gentium disparuit, nominibus *Rusorum* eorumque rebus publicis maxime involuti fuisse; quod non tantum ex descriptis ab utroque auctore sedibus *Antarum* deducitur, verum etiam comprobatur quibusdam antiquioribus linguae, utriusque populo communis, discriminibus, quae ante Constantinum Porphyrogenitum inter dialectum Slavicam et Russicam jam intercedentia ab eodem Imperatore distinctis vocabulorum speciminibus 5) memoriae prodita sunt. Imo, si antiquiora universim linguae Slavicae monumenta, prout haec in libris Divinis et Ecclesiasticis, tum etiam in vetustissimis, *Rusorum*, *Serborum*, *Bohemorumqne Legibus*, consuetudinibus ac memoriis aetatem tulerunt, mutuo comparentur, non solum in singularium quorundam vocabulorum usu varietas, verum etiam in Grammatica formularum consuetudine diversitas quaedam externa, quae substantiam sermonis non mutat, apparebit. Nec mei solius est haec animadversio, verum etiam studiorum meorum socii Dobrowskii, qui laudata Procopii divisione antiquioris nostrae gentis in Slavinos et *Antas* inductus, tale quodpiam *constans* atque *notabile* discrimen in lingua Slavonica generatim sumta constitui posse arbitratur, quale inter Germanicam superiorem et inferiorem in-

5) Conf. priori Cap. nomina cataractarum *Borys*^{thensis} exposita pag. 225.

intercedit. Utar itaque amici observationibus,
ejusque voluntati et rationi heic obtempera-
bo in haec verba 6) perscriptae: „Unice nunc
„notis illis generalibus velim, ut attendas,
„aliasque similes addas, aut istis alias me-
„liores substituas. Igitur Linguae Slavicae
„discrimina antiquiora haec notavi: amant
„alii raz (ραζ) in 7) compositione Verborum,
„ut ραζκοδъz *divortium*; ραζдѣлнїе *divisio*; alii
„constanter roz (roz), ut rozwod, *propago*
„vocabulum frequentis usus in re rustica;
„rozdѣlenj. Isti particulam iz (иž seorsim et
„in compositione adhibent; ut иž домъ, e
„domo; иž мѣста de loco; иžсоръ, ειλογη,
„delectus; иžбѣтокъ, *residuum*; hi utuntur
„littera з, vel hujus loco sumunt particu-
„lam wy, (въ—), quae alias itidem apud
„omnes Slavos frequentissimi usus est in
„compositione verborum; ut zbor 8); zbytek
„cetera; myweden, *eductus*, ubi litterali dia-
„lecto dicitur иžвѣдѣнъ. Quod porro amicus
meus scribit: „Isti particulam da, (да), et
„niz (ниž — ex ниžъ, *deorsum*, *concisam*)
„in compositione adhibent, quas hi igno-
„rant

6) Epistolae de hoc discrimine philologico inter
Slavinos et Antas faciendo ad me datae.

7) Conf. superius dicta de nomine Roztoč.

8) Slavis et Russis dicitur сокóръ, сокраниє (Se-
branj) людѣй, *concilium*, *synodus*; Dalmatis
Sabor et Zboor. Littera з, vim praepositionis
s = cz *con* — συ — habet, quae enuntiatio-
nis propriae causa commutationem subiit, ut ne
prima radicalis littera cum sono p confundere-
tur. Eandem ob causam scribimus збјрам.

„rant“; eo sensu accipiendum puto: laudatam conjunctionem **Ճ**, enuntiatione hac literali Bohemis jam diu ignotam esse: vige-re tamen in figura Grammatica, primum qui-dem metathesi, dein etiam antithesi facta litterae mediae in tenuem jeratam: itaque Bohe-mica conjunctio **Ճ** nihil aliud est, quam ea-dem Slavorum conjunctio **Ճ**, ut sequentibus exemplis probatur. *Genes.* I, 26. de homine ad imaginem Dei creando verba Scripturae consequentia ita Slavice redduntur: **и** **Ճ** **в**-**кладаетъ** **рыбами** **морскими**; quae in communi nostra Vers. Bohemica sonant: **а** **Ճ** **пану же** **над** **рыбами** **морскими**; quamquam et Slavi-cae interpretationi nostra itidem similior ita reddi possit: **у** **Ճ** **владне** **рыбами** **морскими**. Item *Gen.* XXXII, 11. **Ճ** **не** **когдà** **при-**
шедъ **оукиетъ** **мà** — MS. Crumlov. **Ճ** **by** **snad**
нepřigda **nezbil** — Communis Edit. **aby** **snad**
přigda **nepobil**. — In hac igitur collatione formularum loquendi Slavonice ac Bohemi-ce observatis figurarum Grammaticarum, quas orthographicas vocant, varietatibus, apparet, Slavonicam conjunctionem **Ճ** **къ**, **utinam**, **ut**, eandem esse cum Bohemica **Ճ** **by**, e qua sublato **t'** (vel **d**, si malis per aphaeresin **Ճ** **Ճ** factam fuisse varietatem) na-ta est ejusdem potestatis conjunctio **aby**. Quod attinet ad particulam **низ** — etiam haec in usu est apud Bohemos spectata va-rietate 9) quadam commutationis litterarum

3

- 9) Saepius Bohemi littera **з**, utuntur pro **ж** Sla-vonico, ut meze pro **межа**, *limes*; **тврз** pro **твржда** *castellum*.

¶ cum * , exempli causa Slavi aequa ac Bohemi dicunt: *ни́зкий* et *ни́жний humilis*; *ни́зкý*, *ни́зким humilem reddo, deprimo*; *ни́зина* (*ни́зина*) *locus humilis*, vel *depressus*; sed in compositione laudata particula *ни́з* — Slavorum more e. g. *ни́зхождъ*, *ни́злеждъ*, Bohemi non utuntur; sed separatim dicunt: *ни́зce chodjim*, *ни́зко ležim*; cuius diversitatis causam videor mihi videre: quod illi magis formam loquendi Graecorum; *καταβαῖνω*, *κατακείμαι*, et hoc sequiori tempore imitati fuerint; nostri manserint in simplicitate Slavica. Hanc ob rem defectu antiquioris auctoritatis varietatem istam nolim referre inter discrimina linguae Slavicae antiquissima. Propius ad antiquitatem altiorem accedit *Epentheticum L post labiales*, quod genus figurae *Antarum* consuetudinem prodere videtur: quia *Russi* atque *veteres Serbi* Danubiani hanc litteram suis vocibus jam pridem inserere consueverunt; quin constet Bohemos, fortassis more majorum *Slavicae* nationis, unquam hac epenthesi usos fuisse. Communis tamen epentheticae illius litterae usus cum in Libris Ecclesiasticis Ruthenorum ac Slavo-Latinorum, tum in vulgari Illyrico sermone, in quo itidem, ut in litterali vocabulum *Земля* scribitur *Земља*, *terra*, quae, Bohemis *a passim* in ē, id est & mutantibus, dicitur *Земѣ*, diversitatem antiquam eamque ex Dalmatia usque ad extremos Russos tractu illo versus orientem remotiori comprehensam testatur. Nec ista *Anticae* in loquendo diversitatis extensio ultra Danubium in Dalmatiam finibus *Antarum* a Jordane descriptis contraria est: Nam teste Procopio Lib. III. Cap. 14. Lib.

IV. Cap. 25. postquam *Antae et Sclaveni* a Gepaedibus excepti transvehebantur, Romana res incuribus eorum patuit; nec vim ullam ad Istri fluminis trajectum illis Romanii afferre poterant. Insertae quidem illius litterae L in ipso *Serborum* nomine proprio exempla habemus paſſim apud Constantinum Porphyr. P. II. Cap. 31 et 32. ubi Σερβλοι occurunt; sed nullum hujusmodi specimen mihi notum est, quod exſtet apud Scriptores occidentales etiam isto Imperatore antiquiores, quibus illi conſtanter *Serbi* 10) aut *Sorabi* appellantur, itidem ut Slavis Lusatiae atque Bohemiae: nam Dalemilo 11) *Srbowe*, *Srbſtъ gazykъ*, *Srbi*, *Srbica gens*, aut *lingua* eo sensu dicuntur, ut e contextu facile intelligas, eum hoc nomine velut antiquiori, sicut Procopio *Spori* vocabantur, Slavos intellexiſe. Habemus itaque antiqui discriminis inter Slavos et Antas intercedentis certa et linguae et locorum specimina fidei historicae innixa, quibus verba Auctoris 12): appetat, *Bohemos imprimis gentem Slavonicam fuisse* — confirmantur; illustraturque Schlözeri observatio philologica in Specimine Annall. Russ. facta de quorundam exemplorum majori consensu cum dialecto Bohemica. Contra vero viget apud Polonos, *Bohemos*,

10) Conf. Annales Regum Francorum.

11) Cap. I. et II.

12) Dissert. de priscis Slavorum populis. Tomo V. Societ. Jabl. §. XVIII. — ex quo (testimonio Constantini Porph. P. II. Cap. 32.) appetat, *Bohemos* —

mos, et, qui horum dialecto coutuntur, Moravos, Silesios et Slavos Ungariae, usus Epentheticus D ante litt. L post vocalem; ut modli sie, modlj se, orat; maxime in vocabulis instrumentorum, černidlo, prawidlo; atramentum, regula, ubi consuetudine dialecti Litteralis atque Russicae nec non Illyricae vulgaris seu Dalmaticae, sine ulla epenthesi similia nomina scribuntur: чернило, чернила, правило; Rallo aratum, nostris radlo. Alia praeterea diversitas itidem ad figuram orthographicam pertinens in usu τω ψ continetur, quod monogramma Antae (Russos heic magis intelligo, et sub quadam varietate 13) dialectum litteralem, aut Srbicam antiquorem) densius in forma nominum — ψ generis feminini, atque in participiis — ψιй, — ψук enuntiant; ut веψь, веψъ, res; моψь, моψъ, мочь, vis, robur; ноψь, ноψъ, ноψный, nox, nocturnus; tenuius Bohemi et Poloni: wěc, moc, noc (nočn); ψтψий, ētaucý, czytáiacy, legens. Idem Antae, seu Russi atque dialecto litterali addicti litteras dentales z et z', (s, ʒ, ʐ) pro aspiratione h seu g, (r=gh) pónunt: звѣздა, звѣзды, stella; quam alii, ut Bohemi servant enuntiantes hwězda. Item c pro k (ц pro к) illi proferunt: цвѣтъ, цвѣтъ, цвѣты; isti ꙗwēt, ꙗwetu (cfwū) flos, floreo; quod tamen rarius fit, et istius enuntiationis elementis perscribitur. Illi in tertia persona singularis et pluralis numeri Praes. et Futuri temporis re-

13) Varietas densitatis consistit in hoc, quod in Russica dialecto monogramma ψ potestate litterarum ψч, in Litterali vero ψт proferatur.

retinent τῷ, sribentes: ψητῷ, ψηψῷ, legit, legunt; quod hi non adhibent, vel illo heic uti nunquam noverant. Ad has omnes figurās orthographicās accedit ista characteristica et antiquior nota Russicae, seu Anticae varietatis: quando vocum a duabus litteris consonantibus Slavice inchoatarum complexui, ut sunt бра́да, гла́ва, гра́дъ; barba, caput, urbs, prior vocalis in o mutata alternatim interponitur: борода, голова, городъ. De commutatione hac, quia Cap. praecedentis §. 5. ad Constantini Porphyr. vocem Варягоς (Варупорогъ) satis dictum est, in praesentiarum hoc solum adnotasse operae pretium fuerit; laudatae varietatis Russicae exempla etiam in specimine 14) Lexici Bulgarici MS. Biblioth. Palat. Vindobon. inventi: nam voci οξυπονις significatio quidem Slavica, sed insita vocali o ita subscripta est: корзоногъ, prout Russis борзая собака canis pernix significatur; et корзъ velociter Slavis ruthenissantibus, velocius tamen Bohemis brzo dicitur. An illa Russorum diversitas, qua hi mutatione τῷ ε in o subinde a Slavis recedunt dicentes одинъ pro єдинъ unus; gedinъ, unicus; осень pro єсенъ, 15)

An-

14) In Codice MS. chartaceo inter Graecos N. CLXXI. 4. quo Lexicon Graecum Anonymi glosatum continetur. Specimen hoc litteris Cyrillicis vocibus Graecis superscriptum suo loco reconservo.

15) Nomen *autumni* non confundendum cum vocabulo gesen Boh. quod *fraxinum* significat, et idem est cum Russ. ясенъ.

Anticae varietati adscribi debeat, defectu antiquiorum monimentorum omnino alsevere nequeo. Igitur superest jam illud *Slavorum* et *Antarum* linguae discrimen antiquius, quod ita ex singularium vocabulorum usu pendeat, ut certis auctoritatibus proferantur voces alterutri populo propriae, quibus neuter alterius, sed uterque suis tantum atque invicem diversis utatur. Heic ad probe discernendum et alseverandum, quid *Anticae*, quid contra *Slavicae* sit urbanitatis pluribus observationibus historicis et philologicis opus est, quam quis existimet fatorum linguae Slavicae ejusque protensi usus apud *populosam nationem per immensa spacia considentem*, vel non adeo gnarus, vel in hanc rerum tenuitatem necessaria diligentia descendere nolens. Imo hoc genus studii difficilius redditur ei, cui non tam animus, quam subsidia monimentorum desunt; partim quoque plus exigit operae, ut ne vocabula figuris grammaticis aliam faciem consequuta pro peregrinis habeantur. Itaque primum scientia commutationis litterarum velut *clavi* varietatis utendum est, deinde historia vocabulorum, ne cuius verbi usus cuiquam genti negetur, quod vel in monimentis litterariis vel in locorum nominibus persistit, licet eo jam pridem antiquato aliud novae fictionis vel Slavonico fonte cadens, vel alieno parce detortum fidem habeat. Exemplis utrumque observationis philologicae principium illustrabo: Veteres Bohemi, teste Dalemilo Cap. 59. moniturne quis ab hoste aut inimico judicium et iustitiam requirat, isto utebantur proverbio:

Tehdy

Tehdy sekyra na se dlubni klidj 16)
Když (kterýž) se před wrahem saudj.

Heic vocabulum *dlubně*, quod in Lexicis nostris communiter desideratur, antiquissimum est, atque non tantum *Slavicae*, verum etiam *Anticae urbanitatis*, parva varietate a forma Slavorum *долбна* γλυφεού, *sculprum* 17) et Russorum *долбна* diversum; sed ejusdem significationis 18) et eodem fonte verbi *dlobju*, *dlabju* *долбю*, nunc *dlabam*, derivatum; cuius vestigia in voce Lat. *dolabra* spectatis consonantibus radicalibus, omnino apparent, quasque vocabulum *dlub*, *id*, *quod sculptum, vel cavum redditum est*, purius custodit. Similia igitur verba singularium vocum censu laudatae diversitatis non venuunt; qnamquam ad varietatem ex figuris orthographicis ortam referri possint. Neque illae voces majori commutatione litterarum dissimiles, ut sunt Slavorum *вывертка*, et Bohemorum *wewerka*, *sciurus*; illorum *мечь*, horum *msta*, *vindicta*; eorum *дождь*, *дождитъ*, *дождити*; istorum *desset* (*desetij*) *dsstij*, *dssteti*,

16) Ex collatione variae lectionis Cod. F. F. in Edit. Prochask. et potestate nominis *долбна*, consuetudine Bohem. *dlubně*.

17) Ita *Polycarpow* reddidit in suo Thesauro. Proprie *scalprum*, id est ferramentum quo aliquid inciditur, significat.

18) Quia *dlub* dicitur id, quod laudato instrumento producitur, spectata dialectorum analogia, *dlubně* ejusdem significationis est cum forma nominis *долбна*.

дѣлѣти, pluvia, pluit, pluere; Russorum et
 ruthenissantium Slavorum ἀληθ., αληθα, esu-
 rio, esuries, fames, възлакахъ esurivi Matth.
 XXV, 35. Bohemorum лаѣніјм, лаѣност, лаѣ-
 нѣл sem, aliaque complura hujus varietatis ad
 figuras grammaticas pertinentis vocabula.
 Diversitas igitur in illo vocum discrimine ra-
 dicalis spectari debet, exempli causa: in
 Russica, Slavonica litterali dialecto atque in
 Illyrica востокъ, Istook, восточный, istocnѣ,
 dicitur oriens, orientalis; in Bohemica wýchod,
 wýchod, wýchodnї; puteus in illis appellatur
 клаадаэъ, кладезъ, истокъ rivus ex lacu pro-
 fluus, источникъ fons; in ista prius quidem
 vocabulum non invenio, posteriorum tamen
 vestigia exstant chorographica sine prosthe-
 tico и, nimirum rivi illius aurei, златá Stoka
 nuncupati, qui ex Austria in Bohemiam in-
 fluit; et arcis Točník in monte, provinciae
 Beraunensis prope civitatem Zebrak sitae,
 quam ego ab insigni et mirae profunditatis
 fonte mihi viso, per aphaeresin τε S, loco
 Stocník, Točník successione temporum ap-
 pellatam fuisse arbitror: nisi potius a verbo
 Točním тóчнъ и́зливаю fundo, laudatae arcis
 etymologia deducta sit. Ceterum antiquius
 omnium vocabulorum fontis aut putei, prop-
 ter consensum utriusque gentis Slavonicae at-
 que Anticae praecipuorum populorum, vi-
 detur esse σπουδεῖς, спуденеиъ, Studenaz,
 Studnice, cuius nominis usus apud nos ma-
 xime viget, ut ex isto atque similibus recte
 conjectura ducatur, majores nostros tenacio-
 res fuisse Slavinitatis; quamquam complura
 vel in isto honore primitivo jam non sint,
 vel ego asseverare non valeam unquam fuisse:

Tom. I.

S

licet

licet enim, ut hoc exemplo utar, *кота*, *кося*, *фалx* sexti saeculi auctoritate nitatur, sitque commune genti Slavorum universae; tamen vocabulum *котина* vel *кошинность*, *curvitas*, *obliquitas*, num aliquando majores nostri loco signi praesentis notae, imo antiquae auctoritatis *крыша* (крышотъ, крышка) itidem usurpaverint, nulla monumentorum fide probare possum. Sed jam sufficient adducta discriminis vocabulorum alterutri Slavorum et Antarum populo priorum exempla, quibus illa diversitas linguae communis antiquior intelligatur: alia, quae natura et situ provinciarum velut indiciis propria monstrantur, ut sunt navium quaedam appellationes Russicae magis convenientes *Slaviniarum* regionibus remis aptioribus; contra vero Slavis stivam tenentibus tam parum notae, quam sint nobis cognita illa *A. Gellii Lib. X. Cap. 25.* *gauli, corbititae, longae, hippagines, cercuri* — ceteraque vocabula in historiis veteribus scripta, ad praesens institutum non pertinent. Superest igitur illa discriminis pars omnium maxima, quae *Toni diversitate* continetur, cuius tamen vera antiquitas mihi, ut simplicius pro veritate agam, parum cognita, et a Scriptoribus Slavonicis, quos ego legere potui, non ea ratione adhucdum proposita est, sicut ego nosse desiderabam. Itaque similitudine quadam *Graecorum* 19) veterumque Latino-rum, imo et Hebraeorum de *pronuntiationis Toni*

19) Licet indoles Toni Slavonici a consuetudine harum trium linguarum, mutuo inter se in eadem rei causa differentium, passim recedat; ta-

*Tono ejusque varietate dicturus aliquid, pri-
mum expendam ista A. Gellii Lib. XIII. Cap.*

S 2

6.

men cum singulis aliqua parte mihi videtur con-
venire. Cum Graecis enim, qui in suis vocibus
legendis et efferendis non quantitatis, quod fa-
ciunt Latini, sed accentus rationem habent,
tenor Slavonicus ita convenit, ut is lectionem
identidem moderetur; etiam frequenter ex ea-
dem vocali producta in antepenultimam retrac-
tus, ut apud Bohemos in voce *nádáwek* ducta
ex verbo *dáwám*; vel plane tenorem *acutum*
deponat in vocabulo *Kazatel* a verbo *kázati* de-
rivato: consopito enim acuto aequabilem teno-
rem habet; quamquam nullum tenoris depressi
signum ponatur, sicut contra in ultima syllaba
faciunt Graeci, notam tenoris gravis pro depo-
sito acuto ponentes. (Conf. Cl. Frid. *Volg. Rei-
zii de Prosodiae Graecae Accentus Inclinatione*
editionem opusculi repetitam curante Frid. Aug.
Wolfio. Lipsiae 1791. 8. I. Par. IV.) His aliis-
que speciminibus inclinationum et devolutionum
tenoris in vocibus ejusdem radicis inductus, pu-
to: etiam apud nos aliam else rationem quan-
titatis syllabarum, aliam *Toni* seu tenoris; li-
cet *usu recepto* illa tantum syllaba dicatur lon-
ga, quae signo *Toni* acuti notatur, ceteris hac
nota destitutis simpliciter pro brevibus reputatis.
Nam cum sint *Slavis* vocales quaedam et diph-
thongi natura longae, nec tamen earum quanti-
tas obstet, quin acuto tenoris signo destituantur
(Δόλκ), ut Constantius quoque de stigmate no-
tato ē = ꝑ animadvertis; diversitas laudata se
ipsam quadamtenus prodit. Illo quidem veteri
usu lectio facilior, et *cognitio productae vocalis*,

6. verba: Quas Graeci προσῳδίας dicunt, eas veteres docti tum *notas vocum*, tum *modera-menta*, tum *accentiunculas*, tum *vocationes adpellabant*. Nostrae dialecti egregius cultor Georgius Constantius 20) majorum, ut opinor, auctoritate inductus, *notam seu moderamen-tum vocis appellat Přízwuk*, quod vocabulum mihi videtur vim Latini nominis *accentus ha-bere*, atque ipsius rei significatae potesta-tem melius exprimere, quam illud Gramma-ticorum 21) L. Slav. Litt. vocabulum οὐδαρέ-νιε (vdeřeníj) *percussio*; vel Dalmatarum 22) Nadslóvak: nam appellationi nostrae nec analogia Slavonica deest, quum partes ejus

pri

redditur promptior; sed obscuritas inducitur in sensum discriminis inter quantitatem vocalium et potestatem tenoris omnino necessarii: quod alia debeat esse notio longae vocalis, alia tenoris; quum non sit eadem utriusque varietas et aequa-bilitas. Profecto quantitas tribuit syllabae plus aut minus vocalitatis, quae mensuram ex mora habet, tenor autem erigit vocem cum produc-tione, si sit acutus; quando gravis est, celeri-ter eam deprimit, velut modulis musicis; unde προσῳδία, μετ' οργάνων ὠδή ab Hesychio expo-nitur, quam nos Příspěw, vel Přípěn̄j etymolo-gice reddere possumus, prout apud Polycarpo-wium πριπέτης (Conf. verba πέτιο, cano, πέ-νιε cantus; припѣтъ, accino, admodulor) nuncupata occurrit.

20) Limae Ling. Bohem. pag. 228.

21) Meletii Smotriskii, et Theodori Maximov, ubi subintelligi debet γλάσα οὐδαρένιε.

22) Della Bella in suo Dictionario Illyrico.

ηηη-- et ΖΕΣΚΖ veteri auctoritate nitantur;
et sensus vocabuli facile ac proprie percipi-
tur: quid enim Bohemo-Slavis 23) est aliud

vo-

23) Ita quidem usu hucusque recepto, et consuetudine nostrorum Grammaticorum *Tenorem* a quantitate vocalis ferme non distinguentium, scribendum existimabam, magis officio historici quam critici functurus; licet mihi jam pridem Toni et quantitatis vocalium indoles visa fuerit apud nos obscure uni involuta rei, cuius tamen, ut supra dixi, non posset esse eadem ratio aequalitatis in varietate: quum vel ipse *Constantius Tonum Bohemicum explicare conatus* varietatem tantisper animadverterit. Itaque non tam defuerit ei animadversio diversitatis inter Tonum et quantitatem intercedentis, quam clara et distincta notio Tenoris Bohemici, cuius fundamentum, naturam, regulas et usum aliarum linguarum, Germanicae cum primis (*Umständliches Lehrgebäude der Deutschen Sprache — von Joh. Chr. Adelung. I. Th. 1. Absch. 3. Kap. Von dem Ton*), et Finnicae, in Praef. Lex. Finnici editi a Daniele Juslenio, comparatione ac diligentie examine, se consequutum fuisse Cl. Dobrowskius nuper datis ad me litteris perscripsit. Haec nova Toni Bohemici expositio, cum regulis Prosodiae Dobrowskianaæ jam inserta Grammaticae Bohemicae (*Grundsätze der Böhmisichen Grammatik. Herausgegeben von Franz Martin Pelzel, k.k. öffentlichen Professor, Mitgliede der k. Böhmischen Gesellschaft der Wissenschaften, und der k. gelehrten Gesellschaft zu Frankfurt an der Oder. Prag, gedruckt bey Franz Gerzabek. 1795. 8.*), omnino diversa est a nos-

voculatio seu accentus? quam syllabarum
sive longa, sive brevis enuntiatio consuetu-
dine

tris Grammaticis aliter de Tono sentientibus,
cujus indicia laudatus auctor ante annos undecim
in suo promptuario (*Litterarisches Magazin von
Böhmen und Mähren. 2. Stük. Prag. 1786. 8.
pag. 131 — 136*) dedit. Tōni natura ab eo re-
ponitur in *vi*, *energia*, *nisu*, *vocis elevatione*
primarum syllabarum, non vero in mora aut
productione seu quantitate; ita, ut apud *Bohe-
mos Tonus sedem immutabilem habeat in prima
omnium vocum syllaba*. Energiam istius enuntia-
tionis ac elevationis perceptu faciliorē mihi
reddere Dobrowskius conatur ducta similitudine
a *Musica* in hunc modum. „Plectrum, quo chordae
„pulsantur, fortius et lenius si vibres, aequalem
„moram producere potes; immo fortiori pulsu
„notam musicam integrā, medianā, $1\frac{1}{4}$ et $1\frac{1}{8}$
„efformare licebit, uti et leniori. Sed nota in-
„tegra leniori pulsu producta longior quidem erit
„ratione morae, non tamen fortior neque acu-
„tior. Posito discrimine inter vocales longas et
„breves, quae Tonum quidem afficiunt, sed non
„constituunt, vocare licet longas productas, non
„acutas; nam *to accuere* etiam brevibus com-
„mune est. *Na* tom stálo giž se stálo, elevatur
„prima in stálo, elevatur item in stálo; produ-
„citur autem in stálo, corripitur in stálo; atqui
„et vocales longae et breves Tono affici possunt,
„cum Tonus a mora non dependeat, sed ab
„energia pronuntiationis, *patria consuetudine*
„firmata, quae Tonus *vocis* dicitur, et nobis
„quasi innatus censeri potest, minime confun-
„dendus cum Tono arbitrio loquentis enuntiato:

dine majorum introducta. Nostri populares
nullo alio moderamenti vocum signo utun-
tur,

„stalo enim, si Germanus scribere deberet or-
„thographiae suae sequens praexcepta, stallo
„scriberet, comprehendenderetque nostras vocales
„correptas Tono affectas, eadem vi efferrari, qua
„Germani efferrunt syllabas *Stallung, stellen* cet.“
His amici expositionibus novam de Toni Bohemici
natura opinionem tantisper attigisse sufficiat:
quod numero praecipuorum characterum inter
Slavonicam Litteralem linguam et inter Bohemi-
cam intercedentium, Toni varietas (quae sola
judicio Equitis Michaelis Gramm. Hebr. §. XXXII.
dialectum inducere potest) ad Vol. II. Cap. VII.
proprie pertineat. Indiculus tamen ille sedium
Toni Bohemici *producti*, quem ex Latina con-
suetudine *acutum* vocavi, et ista parte compa-
ravi cum Slavonico, nihil oberit opinioni novae,
quae mihi quidem nunc perceptu videtur
esse facilior, conciliandae conatibus novorum
Poetarum gratiae aptior, atque pronuntiationis
Bohemicae tenacior; accidente vero majori ex-
amine ac illustratione modi de novo Toni fun-
damento loquendi, fortassis idoneum illa atque
facilius poterit esse subsidium Grammaticae phi-
losophicae; e. g. dum quaero: cur nominibus
substantivis instrumentorum *Serbice* penacutis
рало, чернило, вратило, aratrum, atramen-
tum, jugum textorum, majores nostri inseruerint
đ, epentheticum, correpte pronuntiaturi: rđlo;
černido, wratiđo, in quibus merito inclinatio
Toni *Serbici*, velut antiquioris, cum figura Bo-
hemorum orthographica conferri debet; imo et
Dalmatarum, inter Slavos praestantiorum Poe-
tarum, causa scriptionis rallo velut media inter

tur, quam acuti accentus nota vocalibus dupli mora enuntiandis á, é, ó, ú, 24) ý superscripta, cuius loco *longa* vocalis i, producitur inferne j, et hac potestate *vocali* constanter profertur; unius tantum morae vocales, id est *breves* aut *dejectae*, nulla vocationis nota insigniuntur; probeque observandum est illud *stigma* vocali ē Slavorum litterae & aequivalenti superscriptum, ne id confundatur cum ē accentu notato aliumque sensum fundente. Hac igitur ratione Slavis Bohemiae seu Czechis unus est *accentus Tonicus* similitudine quadam Hebraeorum 25), qui horum ultimam vel penultimam acuit; apud nos vero, atque etiam in dialecto Slavorum Litt. non solum antepenultimam, verum etiam quartam, quintam et sextam a fine syllabam acuere potest. Non ingratam heic me facturum operam puto productis et appellationibus sedium hujus nostrae vocationis, et exemplis moderamentorum:

Prvnj

paño et nostrum rádlo, huc pertinenti ratione niti videtur.

24) Conf. Doleschal. P. I. §. IV. Obs. IX. de ú(aū) ú productione.

25) Accentus Hebraeorum *Tonici* unitatem in lectione heic intelligo, qui recta virgula in praeteptis grammaticis exprimitur; ille enim musicam itidem vel distinctionem sententiae designans variis figuris notatur.

Prvnj od konce Pán.	Dominus.
druhý	Zákon.
třetj	Cáhoda.
čtvrtý	Důležitost.
pátý	Přibuzenství.
sestý	Gentis ductor woditel.

*)

In hoc autem accentuum varietas inter Bohemos et Hebraeos intercedit, quod duorum in eadem voce occurrentium apud nos uterque sit *Tonicus*, apud istos *Euphonicus* vocetur ille, qui *Tonico* in eadem voce praemissus, suaviorem pronunciationem efficit; et, in exemplo quoque nostro serie quinto haec suavitas percipi potest, ubi *Adonici* carminis numerus continetur. Haec Bohemica *Toni* enuntiatio simplicior, quatenus cum sedibus acuti accentus ejusque indole Litteralis linguae convenit, antiquior mihi videtur esse reliqua moderamentorum institutione litterali, procul dubio a Graecis mutuo accepta, ut ex appellationibus apparent singulariter.

*) Heic Litteralis dialectus acuit penultimam **народоводитељ**, quia terminatione — **тель** finita nomina habent accentum in penultima; apud Bohemos simplicia hujus formae vocabula tonum productum sui primitivi deponunt, ut **Ка-зател** ex verbo **кази**, **ридител** ex **риджим** deducti; igitur prius illud compositae vociis membrum accentu consuetudinis itidem Bohemicae notatur vocabuli **народ**, quod Slavi enuntiant **Народъ**.

gulorum accentuum 26) laudatae Litt. dialecti. Assumta itaque in Slavici sermonis unitatem voculatione usque ad sextam syllabam progrediente *Slavinis* et *Antis* communi, nec ex praesenti, neque complurium retroactorum saeculorum serie inducta diversitate syllabas acuendi vel deprimendi quidquam certi asseverare ausim de antiquiori pronuntiatione ejusdem *Toni* in eadem voce utriusque majori populo, vel alterutri in stirpes divisouitata. Primum, quod nationes, ad eundem Procopianae divisionis populum *Slavinum* pertinentes in enuntiationem *Toni* unius ejusdemque vocis varietatem non minus induxerint, quam Latini ex tempore *P. Nigidii* usque ad *A. Gellium* 27) elapso. Exempli causa: vocabuli *Pán* Bohemis, Moravis, Silesiis, Slavis Ungariae proprii aequae ac Polonis, in casu vocandi 28) olim erat prima longa, et adhuc est apud Polonos et Superiores Silesios, ut *Constantius* observavit; nunc, si quis in laudato casu primam tono producto signaret, *Páne!* non aberit, quin rideatur; sicut is, qui secundum praeceptum *Nigidii Valerium* vocando summo tono primam enuntiaret. Porro, quis de antiquiori Slavorum accentu, qui nota 29) vocibus super-
scripsit?

26) Conf. Meletii Smotriskii Grammat. ω βαζάκ-
λένιην προτώδια.

27) Vid. Lib. XIII. Cap. 25. Noct. Attic.

28) Constantius loco laudato.

29) In litterali dialecto more Graecorum; in Dalmatica Latinorum consuetudine; in Bohemica solius acuti figura.

scripta signatur, quidquam certi asseverare audeat? quum adhucdum eruditi viri certent, num Slavi ante SS. Cyrillum et Methodium litteris linguam suam signare noverint; haec autem voculationum signatio priori controversiae novam difficultatem addat. Si tamen conjectura sequiorum temporum rationibus innixa in assignando quodam generico discrimine *accentus* uti mihi licet, hanc inter *Slavicæ* gentis majorem populum Bohemorum 30) et inter Russos atque Serbos litterali dialecto addictos varietatem observo: Bohemo-Slavi naturali quadam consuetudine, aut conatu 31) correptam syllabarum aequali brevitate pronuntiationem magis quam productam amantes, in trisyllabis vocibus penultimam breviter frequentius enuntiant quam Russi et Serbi eandem saepius producentes, ut isto specimine vocabulorum demonstratur: ab his, nominum наемникъ, mercenarius; оучитель, doctor; наука, doctrina, scientia; penultima acuitur; a nostris breviter profertur tono in antepenultimam reducto vel deposito: Магемиѣ, Včitel, (Наука); ubi et hoc animadvertisendum occurrit: in compositis *nominibus* ex praepositione на apud Bohemos ut plurimum hanc particulam accentu signari; apud istos nunquam inveni laudatam praepositionem moderamento notatam, excepta voce unica Rus-

so-

30) Dialecti nostrae communione intellectum velim.

31) Ut Constantius animadvertisit, et frequens depositio accentus producti cum primis in vocibus laudata forma — tel cadentibus, nos docet.

sorum náçýp̄b, quae nobiscum tono et significatu convenit *У́съпъ vallum*. Verba autem ex eadem particula *на* composita in singulis tribus dialectis accentum in praepositione non sustinent, quo consensu inductus puto, Bohemos in laudatis exemplis voculationem a Serbica et Russica enuntiatione diversam serius notasse. Interim diversitatis accentus inter nationes Slavici Anticique populi specimen quodpiam heic retulisse sufficiat; nam si quantum de hac re dici potest, prosequamur, finis operis non reperietur: quod nulla sit major varietas ullius partis Grammaticae qua dignoscimur, quam isto discrimine comprehensa. Itaque liceat mihi varietatem, linguae illius communis omnium antiquissimae, *Russicam* et *Serbicam* 32) a praecipua parte, accentus nimirum in penultima, dum *Bohemianus* antepenultimam accunt: vel in ultima prae-dilecti, quando hi penultimam (*нáрóдъ*, *У́съпъ*) producunt, ab *Orientali* Hebraeorum aut Syrorum gente 33) *Orientalem*, nostram vero et nobiscum consentientium *Occidentalem* dialectum appellare, et sequenti schemate proponere, in quo Procopianae divisionis ratione pensi habita, nemo nomine *Antarum* jam pridem antiquato, vel singulari quodam nomine stirpis, *Russicae* exempli causa, *Bohemicae* offendatur; sed meminerit ob unitatem antiquissimae atque origi-na-

32) Varietatem Serbicam litteralem seu veterem intelligo.

33) Consuetudo Syrorum penultimam producentium nota est.

nariae omnium stirpium linguae, et gentem universam (variis migrationibus divisam, indeque appellationibus singularibus maxime a locis novarum sedium deductis nuncupatam), et primaevum sermonem majorum uno eodemque populari nomine Словенскій языкъ 34) ex antiquiori tempore ita significari, ut omnes propemodum stirpes idioma suum externa varietate minus, vel magis a primitiva puritate diversum, tamen vel Slavonicum appellant, vel hoc jungant proprio suae nationis nomini, prout *Slaveno-Serbi*.

SCHE-

34) Ista veteri atque communi enuntiatione utitur Nestor; et in antiquissimis Legibus Russorum seu Правда Русская lege I. Jaroslawi *Slavus* scribitur СЛОВЕНИИ. Miror itaque Scriptores hanc veram orthographiam adhucdum impugnantes peregrinarum linguarum enuntiatione, vel recentiori Russorum ac Serborum scribendi modo. Profecto quod ad Graecam consuetudinem attinet, jam Interpretes Alexandrini complexui litterarum SL in voce כְּסָלוֹ Casleu Zachar. VII, 1. I. et II. Lib. Machabb. sexies constanter ε, inseruerunt, Χασελευ scribendo. Postiores Graeci hujusmodi vocibus peregrinis complexum litterarum SL habentibus sive ς, sive Θ inseruerunt; ita in Gerasimi Ulachi Lexico Ling. Graec. Vulg. illud nomen mensis noni scriptum est Κισθλέβ. Intellexit Slavus Interpres hanc insitiam litteram ε; quapropter Χασλεύ nullo suaे linguae impedimento perscripsit. Quod itaque Graeci fecerunt in vocabulo *Casleu*; idem ab eis factum est in nomine *Sloweniorum* originario.

S C H E M A

Primitivae unius linguae communis genti
Spororum (*Serborum*) atque Winidarum a
Procopio Caes. et Jordane nuncupatae, et di-
visae in populum :

Antarum

Class. A. seu *Orien-*
talis Dialectus.

Slavenorum

Class. B. seu *Occi-*
dentalis Dialectus.

I. Serbica 35)

II. Russica.

III. Polonica

IV. Bohemica 36)

- V. { a. Dialecti mixtae (seu *mediae*) ex utraque Classe.
b. Dialecti mixtae ex *generibus* Classis A.
c. Dialecti mixtae ex *generibus* Classis B.

Nec hujus loci, neque mei quidem in-
stituti est agere de singulis Slavonicae lin-
guae

35) *Serbica dialectus* heic sumitur pro illa *veteri*
Serborum Danubianorum, aut *Illyricorum* lo-
quendi consuetudine.

36) Quum in singulis dialectis majoribus et sim-
plicioribus primum quidem ea sermonis portio
exquirenda sit, quae cum antiquissima certis mo-
nimentis conservata dialecto, *Serbica* nimirum
litterali, natu maxima sorore magis, quam ma-
tre appellanda conveniat; tum vero residua ser-
monis varietas, a qua dialecti denominatio du-

quae dialectis; sed, quia *communis* et *antiquioris* dialecti fata subinde propriis regnum et provinciarum idiomatibus illustrantur: singularium vero aut peculiarium dialectorum notitia tum ex causis duplicitis dialecti praecipuorum Slavicae gentis populorum, tum ex comparatione proprietatum linguae Litterali alphabetorum, ejusque naturae ac indolis cognitione pendeat: illam, ut vires meae et instituti mei ratio admittunt, partim Cap. VII, amplius vero Vol. II. dare conabor. Profecto nulla mihi videtur aptior atque certior esse methodus de singularis cuiusque dialecti *Slavinitate* aut puritate agendi, quam sit ea, quae comparatione cum Litterali dialecto instituitur, ductis in subsidium antiquioribus popularium Scriptorum monumentis: nam, qui recentioribus tantum

utun-

catur, comparatione aliarum cognatarum dialectorum secerni debeat a fonte communi; nescio, an spectatis originibus potius *Albo-Chorvaticae*, seu *Croatiae* nomen numero quartae dialecto competit: Quod Slavi Bohemiae antiquioribus *Serbis* et *Albo-Chorvatis* maxime in unam gentem coaluerint. Sed, quum sit obsoleta haec appellatio, expeditaque praesenti consuetudine loqui, et obscuritatem vitare, ut ne dialectus nostra, quae per Moraviam quoque, Silesiae partem Troppaviensem, et apud Slavos Ungariae superioris isto nomine viget, confundatur cum dialecto *Croatica* recentiori ad V, numerum pertinente; *Bohemicae*, id est, *Bohemio-Slavonicae* aut *Czechicae* appellationem servavi.

utuntur, nec illius indolem perfecte, nec suae recentiorem varietatem ab originaria puritate diversam cognoscere valent. Hoc genus comparationis quum unius hominis, maxime necessariorum cujusque nationis antiquorum monumentorum defectu, vires omnino supereret, optant Slavophili, ut viri singularum stirpium erudit symbolam laudatae comparationis ad historiae, Slavorum linguae universalis incrementum conferre, et publici juris facere velint.

Dum has varietates unius linguae antiquiores *Anticae* et *Slavinicae* divisioni attributas lego Cl. Josepho Zlobiczky de Zlobicz Publico in Univers. Vindob. Linguae ac Literaturae Bohemicae Professori, monet ille confirmandae huic divisioni Procopianae minime negligendam esse Justiniani Imper. in Prooemio ad Digesta et Institutiones Imp. inter alias triumphales appellations illam — *Anticus* — ductam a victo *Antarum* populo, ut Alciatus Lib. V. Parerg. C. 3. ex Prokopio Caesar. retulit. Porro utriusque hujus populi divisi nominibus per varias familias et loca mutatis, meminit Jordanes in contextu supra pag. 11. laudato; Nestor hanc a locis nominum originationem sumtam etiam speciminibus illustravit: nam a Fluviiis Morawa, Morawos, a Polota Poloczanos; a silvis, quas nonnulli incolebant, Derewljanos. id est lignarios scribit nuncupatos; atque in eundem modum Ezeritae (Jezerjane) in Peloponneso dicti sunt a palude (Σέρπο); Zachlumi, seu Transmontani a particula Ζα trans et χλωμός (χολωμός) seu χλωμός, mons, collis.

Ter-

Terbuniae regio apud Constantinum Porph.
 Cap. 34. ob significationem loci muniti ab Imperatore hoc nomine comprehensam, videtur mihi corrupte perscripta esse: *firmo enim, solidō Slavis dicitur тврдјо, Boh. тврдјн,* unde vocabulum *castri, munimenti et arcis* тврђа, тврз; igitur pro Тврдња legendum puto Тврдња, id est тврђина Boh. *Тврдња, д, in з, mutato; sicut a Вѣх еркъ, littera r = h itidem in ж aut з transeunte, pagus Provinciae Boleslaviensis ad littus Giserae situs Вѣрдња nuncupatur.*

Introductionis modus non admittit, ut singulas tribus in praesentiarum describam, quae majori numero a diversis rerum Slavicarum Scriptoribus 37) jam recensitae ha-
ben-

- 37) Quia proprium notitiae variorum Slavicae originis populorum Cap. XII. Vol. II. locum destinavi, ubi etiam Scriptores rerum Slavicarum praecipuos recensebo; heic sufficiat eos adnotasse, qui ad Historiam Slavorum universalem pertinent, et in hoc genere classici sunt. a) Joańn. Gotthilf Stritteri: *Memoriae Populorum, olim ad Danubium, Pontum Euxinum, Paludem Maeotidem, Caucasum, Mare Caspium et inde magis ad Septentrionales incolentium e Scriptoribus Historiae Byzantinae erutae et digestae.* Harum Tom. I, qui *Gothica, Vandalica, Ge-paedica, Longobardica, Herulica, Hunnica et Avarica* complectitur, 4. maj. Petropoli 1771. ob intimam connexionem cum Slavis; Tomus vero II. Ibid. 1774, quo *Slavica, Servica, Chroativa, Zachlumica, Terbunica, Paganica, Tom. I.*

T

bentur: quamquam non sufficiat cognoscen-
dae varietati dialectorum simplex notitia di-
ver-

*Diocleica, Moravica, Bosnica, Bulgarica, Va-
lachica, Russica, Polonica, Lithuanica, Prus-
sica, Samotica, Permica, et Boemica continen-
tur, ad stirpium ingenuae ac certae Slavorum
originis notitiam parte maxima pertinet.* b) Huc
accedunt sex Volumina in 4. maj. Josephi Sim.
Alsemanni, *Kalendaria Ecclesiae Universae in-
scripta*; sed proprie easdem Slavorum memorias
diversis rei historicae monumentis illustratas con-
tinentia, quas de universa nostrae originis po-
pulorum historia bene meritus Vaticanae Biblioth.
Custos occasione Ephemeridum Moscarum edi-
dit Romae atque *Benedicto XIV. P. R. Linguae
Slavicae Litteralis Restitutori* paßim dedicavit.
c) *Adamus Bremensis Stirpes Wenedorum Sla-
viniae olim amplissimae Germaniae Provinciae*
adcurate recensuit, et *Bangertus* in classes di-
visis, suam cuique sedem designare conatus est;
sed hujus editoris topographicam recensionem
emendare studuit Cl. Vir Andreas Gottlieb Masch
operis inscripti: *Beyträge zur Erläuterung der
Obotritischen Alterthümer. P. III. Topographi-
sche Beschreibung der Wendischen Stämme zwi-
schen der Elbe, der Spree, der Oder, der Tra-
ve und der Ostsee. Schwerin und Güstrow. 1774.*
§. 9. et consequentibus. Historia Septentrionalis
optime de rebus Slavonicis meriti Cl. Viri Schlözeri
jam a me citata, aliudque illius opus inscrip-
tum; *Probe Russischer Annalen. Bremen und
Göttingen 1768.* 8. ob notitias universam subin-
de rem historicam Slavorum illustrantes, meri-
to prae aliis recentioribus Scriptoribus in genere.

versitatis nominum, quibus etiam ante mille annos nonnullae Slavorum nationes insignitae adhucdum appellantur; sed necessarium sit nosse, quibus familiis vel minoribus, vel a majoribus facta secessione singulae in aliam coaluerint; ut Slavi Bohemiae seu *Cz'echi*, quos origine sua *Chorwatos albos*, et *Serbos*, et *Chorutanos* esse Nestor innuit, et infra Cap. VIII. exemplis quoque dialecti nostrae significantius exponam. Porro nomine *tribus* heic intelligitur divisio populi ea notione, quam Slavi conjungere solent cum laudato vocabulo illud patriis vocibus reddentes: *племѧ, кољно; pokolenj*, quae ad significatum progeniei vel familiae majoris compluribus generationibus collectae pertinent. Simili sensu Cosmas Pragensis de nostris majoribus scripsit Lib. I. pag. 9. „Quicunque „in sua tribu. vel generatione, persona, moribus potior, et opibus honoratior habebatur, sine exactore, sine sigillo, spontanea voluntate ad illum confluebant, et de dubiis causis, ac sibi illatis injuriis, salva libertate, disputabant.“ Imo subinde honratiores familiae cum suis populis colonias

T 2 du-

de Slavis agentibus laudantur. Utilis atque novis conatibus e veteribus classicis Scriptoribus rerum Slavonicarum elaborata Dissertatio Amici mei Dobrowskii hanc inscriptionem praesefert: *Über die ältesten Sitze der Slaven in Europa* — quam Cl. J. W. de Monse secundo Volumini: *Versuch einer kurzgefassten politischen Landesgeschichte des Markgrafthums Mähren* — praefixit A. 1788. Olomucii 8.

duxerunt, prout Constantinus Porphyr. P. II. Cap. 30. de *Chrobatis* olim ultra *Bagibaream* habitantibus, ubi hujus Imperatoris aevi erant *Belo Chrobati* (*Albi Chorwati*), refert: „Una autem generatio, nempe quinque fratres, CLUCAS, LOVELUS, COSENTZES, MUCHLO, CHROBATUS, duaeque sorores TUGA et BUGA, una cum suis populis discedens ab ipsis in Dalmatiam venit, ubi Abaris incolas invenerunt; belloque per annos aliquot inter eos gesto, vicerunt Chrobati.“

II. *Ordines* quosdam in divisionibus populi Slavonici ex antiquissimis temporibus servatos fuisse, non tantum ex laudatis Constantini et Cosmae atque ex illis Procopii verbis de utilitatibus et damnis in commune vocatis, aliarumque rerum fere omnium ratione eadem servata et olim constituta deducitur, verum etiam ex ipsius *ordinis* vocabulo βάπτισμα, τάδ antiquissimo et communi utriusque Slavinorum et Antarum populo, cui ex disciplina rei rusticae velut instituto culta cognitum erat, quid mali, ordinis perturbacionem consequatur, si 38) agricola eodem loco conjiciat hordeum, triticum, legumina: quid contra utilitatis et pulchritudinis in humanis rebus ordo inducat, si diligens colonus investigata suorum agrorum aptitudine cuique sementi singulatim arvum subigat, ut optata messe, prudens gaudere possit. Imo Sla-

38) Vid. Xenophon. de administr. domestica Cap. VIII. 3.

vonorum nominum ad ordines in populari eorundem imperio pertinentium antiquitas; et paſſim vel in monimentis, vel in quotidiano usu perseverans consensus testatur, non specie cujusdam turbae, sed naturali quodam et simplici ordine collectum fuisse Slavonici nominis populum. Quod equidem ad *ordinis pāz*, řád vocabulum attinet, id monimentis antiquorum Russiae et Bohemiae Jurium rectam ordinationem ac dispositiō nem, sententiam, mandatum, *testamentum* 39) significat; unde Bohemis quidquid recte constitutum esse dicitur, hujus radicis adjec- tivo nomine řádný, — à — é laudatur; *sordes* vero neřád velut ex negligentia ordinis natae vituperantur. Profecto nec illa Slavorum so- cietas humana fundari nisi a viris quo- dam ordine praefectis; neque hi viri po- tuissent per immensa spacia jam eodem Sae- culo VI. considentem populosam nationem eadem consuetudinum ratione, et tam diu continere, nisi civitas eorum certis ordinib- bus morata fuisse. Igitur qui Slavos antiquo- res certos ac definitos reipublicae modera- tores habuisse negant, ii nomina Slavonici Magistratus nec a temporibus, nec a perso- nis, neque *oeconomici* status praefectos a sub- limioris potestatis rectoribus, seu *Tutoribus* *status publici* recte discernentes 40) sensum- que

39) Legum Wladimiri Wsewolod. ГЛ. XIX. ч. 3.
пáки ли єеž pāz oýmrétz — Paſli bez řádu
pměc.

40) Hanc loquendi formulam ex Lib. 4. Senecae de *Constantia* Grotius accepit exponens Cap.

que vocabulorum Graecis aut Latinis officiorum appellationibus metientes, magis grammatico dissensu 41) quam rei gestae ab aliis ordinum quorundam apud Slavos vindicibus differunt. Quamquam illius negativae opinionis defensores auctoritate Constantini Porph. maxime inducti videantur, qui P. II. Cap. 29. de Croatis, Serviis, Zachlumitis aliisque Dalmatiae adjacentibus populis in hunc modum scripsit: „Principes ($\alphaρχοντας$) „vero, ut ajunt, hae gentes non habent praeter Zupanos senes ($Ζεπανες γεροντας$), quemadmodum etiam reliqui Sclavorum populi.“ Sed jam Cl. Stritterus in excerptis Byzantis monuit, Constantinum in ista assertione sibi non constare; et omnino hanc ejus animadversionem veram esse inveni P. II. Cap. 30, ubi

XIII. ad Rom. quod classicum est doctrinae Christianae de necessitate parendi potestatibus sublimioribus, atque iis, qui pro mandata sibi parte populos regunt. Praestantia Vers. Slav. laudato Cap. v. 3. Edit. Ostrog. КНАШИ БО НЕ
СТАЗ ВОЛЫНЬ ДОКРЫМЪ АКЛОМЪ — egregio specimine agnoscitur, ubi Vallae observatio de meliori positione dativi casus pro genitivo Graeci contextus $\tauων\ αγυεθων\ εργων$ — a Slavo Interprete ante Vallam expresa est.

41) Conf. Adaucti Voigt: *Ueber den Geist der Böhmisichen Gesetze in den verschiedenen Zeitaltern: Eine Preisschrift. Herausgegeben von der Böhmisichen Gesellschaft der Wissenschaften. Dresden, 1788. 4. pag. 11. Not. d) Ueber diese Frage: Ob die ältesten Slaven ihre bestimmten Vorgesetzten gehabt haben.*

ubi Imperator ita scribit: „At a Chrobatis,
 „qui in Dalmatiam venerunt, pars quaedam
 „secessit, et Illyricum atque Pannoniam oc-
 „cupavit: habebantque etiam ipsi principem
 „supremum, qui ad Chrobatiæ tantum prin-
 „cipem amicitiae ergo legationem mittebat.“
 Neque Procopii verbis sub initium laudati
 contextus adductis — *Sclaveni et Antae non
 uni parent viro* — cujuscunque etiam patria
 quadam auctoritate praediti moderatoris ex-
 cluditur officium; sed illud tantum eminenti-
 toris magistratus, quo in oeconomico, ut
 ita cum Stranskio 42) loquar, principatu,
 Slavi pro temporis et tribuum ratione non
 habuerunt opus.

Primum ordinem apud majores nostros
 vel in ipso populari imperio talem propemo-
 dum fuisse, qualis apud Romanos erat *Pa-
 triciorum*, qui virtute, aetate, genere, vel
 opibus excellebant, non solum ex verbis
Cosmae supra laudatis, verum etiam ex
 consensu Slavonicorum antiquiorum voca-
 bolorum hoc genus ordinis significantium
 e quo *Z'upani senes* veluti Senatores eligeban-
 tur, haud obscure deducitur. Licet enim gene-
 ris nobilitatem eo sensu, quo posterioribus
 temporibus constituta est, primæ huic aetati
 vindicare non possim, illa tamen *virtutibus*, et
morum integritate potissimum orta, tum ve-
 teri, tum paßim adhucdum vigente apud
 nos appellatione comprobatur. Nam Bohe-
 mis, Russis, et Polonis nomina *Sslechtic*,
Sslech

42) *Reipubl. Bojem.* Cap. V.

Sslechtična (*Slečna*) **Sslechtictwj**; Шляхтичъ et Шляхтъ, шляхетство, generic et veteri appellatione *nobilem* personam atque *nobilitatem* significant, ducta originacione a voce **Sslechetnost**, *probitas*, *integritas morum*, eo plane consensu, quo supra Cosmam de primo Senatorum aut Judicum delectu scribentem laudavi, cum quo Illustriss. Comes *Alexius Mussin Puschkin* Procurator Generalis S. Synodi Russorum in suis egrediis adnotationibus ad antiquissimas eorumdem Leges pag. 2. Nota (ε) vocab. *мужъ*, isto verborum complexu 43) consentit: „Nos „se omnino necessarium est, nationem Rus- „sicam antiquissimis temporibus divisam fu- „ilse duplici coetu seu ordine, *Boarium* et „*Hominum* (на Бояръ и Людей), sicut apud „primaevos Romanos alii erant *Patricii*, alii „*de populo*, seu *de plebe*; sed exclusis *servis*, „qui alii non erant, quam captivi, qui que „his nati sunt, vel qui seipsos sponte pro „pecunia servituti manciparunt, aut qui ob „legis transgressionem in servitutem cuiquam „traditi sunt. Vocabulo *viri* (*мужъ*, *Мужъ*) in- „telligebantur primi, id est homines *insignes* „(знатные) 44) genere et divitiis; et vocabu- „lo

- 43) Sensum heic ex Russico contextu latinum facio Viri antiquitatum Slavonicarum, philologiae ac Juris periti, cui ego gratias habeo, quod ejus industria fragmenta Legum Bohemicarum antiquiora melius intelligere potuerim.
- 44) Vid. Not. (ε) ad Leg. I. Jaroslawi pag. 2. Прак. Рѣг. Bohemice itidem vocabulo *žnamenitý* in Vers. SS. *nobilis* intelligitur.

„lo людина (C̄łowęć, *homo*) omnes generaliter
 „liberi, divisi multis gradibus secundum va-
 „riatem muneris vel ministerii, quibus vel
 „patres eorum, vel ipsimet se addixerunt.“
 Porro subjungit Cl. antiquorum vocabulorum
 Slavonicorum interpres, illos *Homines* Prin-
 cipi vel primae nobilitatis *Viro* (Боярину)
 addictos, pro ministratione obtinuisse vic-
 tum et amictum, aut partem terrae nomine
 praedii, cuius proventus erant illis stipendii
 loco. Militaria obsequia unice pro quaestu
 et occupatione ingenuorum habebantur; om-
 ne reliquum servitium inferiori gradu cense-
 batur. Pacis tempore domestica officia cura-
 bant; in bello personam domini tuebantur.
 Quod supra Comes Alexius de servis, id est
captivis, et qui his nati sunt, retulit, univer-
 sim etiam de iis, qui bello capti apud Sla-
 vos versabantur, sensu perpetuae servitutis
 non potest intelligi: quia *Leo Sapiens* in *Tac-
 ticas* illud post hospitalitatem multo huma-
 nius visum Slavis beneficij genus laudat, ut
 non indefinito tempore, donec ipsi vellent,
 in servitute captivi detinerentur; sed id ipsum
 potius eorum arbitrio relinquetur.

Vocabulo **Slechtic** successione tempo-
 rum apud Bohemos sublimioris nobilitatis
 Virum fuisse significatum, probatur auctori-
 tate Juris Feudalis 45) MSti tempore Caro-
 li IV. Imp. et Regis: *Si autem minus nobilis*
sive WLADYKA alium magnifice nobilem, id
est

45) Conf. Gelas. Dobner P. II. Annal. Hag. p. 142.
 Not. c)

est SCHLECHTYCZONEM *magnificum pro capite citaverit* — Igitur extensio et sublimitas hujus vocis temporum et provinciarum ratione spectari debet; non tamen omni illa graduum eminentia, qua *Z'upanorum nomen a Praefecto loci habitati*, usque ad Regiae potestatis dignitatem praefixa praepositione *Archi* — translatum est. Tenacitas propriorum consuetudinum, et linguae patriae custodia aestimationi juncta vel in hoc antiquiori vocabulorum usu videri potest: nihil enim peregrinis sublimiorum potestatum nominibus moti, magnifici et illustres Viri esse magis quam videri amabant, sibi, suisque popularibus melius cogniti. Nec Russos a Bohemis, nec hos ab illis jura et consuetudines antiquiorum patriae ordinum accepisse quisquam probare potest; itaque consensus *passim*, non rei solius; verum etiam nominum *subinde*, inter veteres utriusque gentis Nobiles, horumque ministerio addictos tum *Homines liberos*, tum servos intercedens, ex prima Slavicae originis institutione omnino repetendus videtur. Adhuc usum apud nos obtinet vocabulum *Kateyna*, quo illa pars aedificii Nobilium vulgo significatur, ubi est *cubiculum villici vel famulare*; sed neminem scio meorum popularium, qui ejusdem thematis aliud vocabulum adduxerit, vel indicium protulerit originationis; cuius vestigium dum in antiquis Legibus Russorum requiro, vocis *братьиномъ* 46) notatio meae investigationi

46) Lege VII. Jaroslawi ὦ κνάκεχъ ᭢τροւкехъ
Not. 5)

tioni non inepta sponte mihi se offert, ubi Comes Alexius necessitatem orthographiae
 въ ратайномъ а Slavonico nomine ратай, agri-
 cola земледѣльцъ deducens, me inducit in
 originem servati apud nos unius vocabuli
 significatu proprio, cubiculi *familae agris* no-
 bilium colendis addictae destinati. Fuerit
 itaque illius vocabuli ратай natura prioris
 quam sit *Ratyna* usus in Bohemia eodem
 fonte, eademque disciplina veterum Slavo-
 rum derivatus. Sed, quia vocabulum ратай,
 ратникъ Slavonico itidem usu *militem*, рать
 bellum significat, priorem nominis potesta-
 tem a Comite Alexio notatam puto antiquo-
 rem esse: quum antiquiora sint apud Slavos
 pacis quam belli exercitia; et laudata voce
agricolam ac *militem* opinor ea ratione signa-
 ri, qua Nobilium *Homines liberi*, люди, pro
 sua facultate, ingenio, et temporis circum-
 stantia pacis tempore negotia domus domini
 sui curabant; in bello eundem armis prote-
 gebant. Profecto exercitia disciplinae rusti-
 cae antiquiori aetate apud Slavos in honore
 fuerunt, licet his cura rei militaris passim
 praeponeretur: novimus enim primum Bo-
 hemiae Principem ab aratro electum.

Ad viros nobilitate conspicuos pertinent
 Legati Slavorum: nam officium legationis
 mature apud maiores nostros ornamento fuis-
 se, Menandri *Excerptis de Legationibus* edo-
 cemur. Cum enim Slavi circa A. Chr. DLVII.
 inimicorum conversionibus vexarentur, ad
 Avaros legationem miserunt, ad quam *Me-*
zamirum Idarizi filium, Kelagasti fratrem suf-
fragio elegerant. In Annalibus Regum Fran-

co-

corum ad A. Chr. DCCCXXIV. perhibetur:
 „Rex Bulgarorum *Omortag* velut pacis faci-
 „endae gratia legatos cum litteris ad Impe-
 „ratorem misit — Ceterum legatos Abotrito-
 „rum qui vulgo PRAEDEDENESENTI vocan-
 „tur, et contermini Bulgaris Daciam Danu-
 „bio adjacentem incolunt, qui et ipsi adven-
 „tare nuntiabantur, illico venire permisit.“
 An in isto verborum contextu vocabulum
Praedenecenti, quod ego Slavicae integritati
 solius litterae *n* metathesi restitui posse ar-
 bitror legendo: преденечетни (преднѣчтни)
 ad *Abotritos* Danubianos pertineat, qui vul-
 go ita votati fuerint; an potius ad *Legatos*,
 more Slavorum suffragio electos, debeat re-
 ferri, velut rem certam alseverare non au-
 sim. Sed, sive ad populi appellationem, ob
 relativum pronomen *qui* —; sive ad *Legatos*
 propter nexus verborum: *qui et ipsi adven-*
tare nuntiabantur, laudatum nomen reduca-
 tur, Slavicae linquae antiquius in eo moni-
 mentum ista notatione observo: si ad *Ab-*
otritos, seu *Obotritos* vocabulum referatur,
 videtur eo idem significari, quod nomine
Antarum intelligitur; nimirum anterior ille
 spectato Graecorum situ, primariae divisio-
 nis *Winidarum* populus, qui a Danastro qua
 Ponticum mare curvatur, usque ad Danubi-
 um 47) extendebatur. Hoc enim cognomen-
 to ejusdem populi преденечетни (Bohemus di-
 ceret *Předněčteni*) ista vocabuli potestas red-
 ditur: prius, id est prioribus vel anterioribus
 connumerati, sive anterioris agminis populus,
 quem

47) Conf. context. Jordanis pag. 11.

quem fortissimum esse oportebat, ut omnino *Antas* a praestantia fortitudinis Jordanes laudavit. Nec illa epenthesi vocalis & in priori parte vocis compositae, neque metathesi in posteriori parte четни, pro чтени, quisquam offendatur; sed meminerit *Anticae* consuetudinis supra laudatae, qua vocales complexxui consonantium litterarum saepius jam ab antiquioribus Russis insertas probavi; et ex-pendat vocabulo чета Serbis cohortem, agmen; Russis par, aequalitatem significari. Si ad Legatos vocabulum referatur, habemus prius lectorum, seu ad legationem electorum viorum itidem Slavonicum nomen преди честни; nisi quis malit legere преди честни, Cyrillo antiquius ejusdem potestatis cum illo Graecorum vocabulo προτιμωνοι, quo Praecellentes et Legati intelliguntur. Eligat alterutram, vel utraque notatione rejecta, meliorem interpretationem vocis adferat Slavophilus lector; mihi gratius erit occasionem dedisse emendatae ab alio doctiori viro etymologiae, quam tueri priorem opinionem, cuius originatione velut e ruderibus restitutum populare *Antarum* nomen, linguae majorum communi asserere mallem.

Porro alia sive nobilitatis, sive sublimiorum potestatum, vel *Tutorum status publici* Slavorum, sequioris aetatis nomina non equidem pertinent ad praesentem Procopiani contextus illustrationem; illud tamen sublimioris potestatis antiquius vocabulum Кнѧзь (Veteribus Bohemis Кніз, nunc Кнїзе) ad Procopii aetatem propius accedit, quo in libris Ecclesiasticis antiquae Vers. Slav. redundat.

duntur vocabula Ἡγεμῶν et Στρατιαρχος. Apud Bohemos primus hoc nomine 48) insignitur *Przemysl*; *Magni* vero *Ducis Russorum* titulum sumsisse dicitur *Ruricus I.* perhibente Joachimo primo Novogorodensem Episcopo; quin tamen *Tatissz'ew*, memoriis Joachimi usus 49), valeat sive vocis illius *Knjaz*, sive sublimioris tituli Царь, vel alterius *Král*, *Regem* significantis etymologiam Slavicam adducere, ex hac difficultate *necessario* colligens peregrinae cuiquam linguae hoc genus vocabulorum adscribendum esse. Mihi videatur, collatione facta nominis Царь cum царство (цезарство), originationem ex linguae Latinae vocabulo CAESAR contractione facta repetendam esse: quod etiam antiquioris latinitatis vestigia ut jam superius ostendi, in Slavonico sermone inveniantur. Alterius vero nominis *Král*, apud Byzantinos forma Κραλης non semel occurrentis 50) etymon, malim ab Armenorum voce KAROL, potens, valens, deducere: quia majores nostri his primum omnino vicini fuerunt, ut et soni peculiares linguae nostrae Armenicis analogi, et casum *Narrativi* et *Instrumentalis* inflexio nobis itidem propria, cumprimis docent.

Sed

48) Dalemil Cap. 8. Kniez Přemysl Cap. 6. —
кнѧжество (knjžetstvј) patero.

49) In suo opere concinnando; maxime heic de titulis moderatorum Slavonicorum, Cap. 45.
§. 12.

50) Vid. Bandur. Animadvers. in Constantin. Porphy. et Glosar. med. et insim. Graecit.

Sed, quum illa Slavonici populi distributione causa ordinis atque utilitatis publicae inducta, sine *Legibus* firma esse nequiverit; imo Procopius ipse in laudato contextu dicat: rerum fere omnium rationem eandem ab Antis et Slavinis servatam, et fuisse olim constitutam; nemo dubitabit de *Legum et consuetudinum* apud eosdem existentia, et quidem veteri, de quibus pro instituti ratione, quantum ex antiquitatis naufragio, non equidem primis omnium *tabulis* 51) collectis, antiquiorum tamen membranarum, idoneorumque scriptorum fide servatis memoriis uti licet, heic exigente rerum ordine agam —

§. 2.

*De originatione Legum et Consuetudinum
Slavonicarum.*

I. Petrus Fridericus Arpius JCTus Cimber, quem Cap. I. sub initium §. 6. de Slavorum Legibus in sua *Themide Cimbrica* bene meritum laudavi, ejusque opera heic me usurum promisi, §. XXXI. scripsit: „*Leges et consuetudines Slavicae gentis laudant Annales Fuldenses pag. 21. sed litteris consignare, et populo in tabulis proponere, eo magis antiquitus abhorrebant, quod Clericos eorum notarios, odio prosequerentur Vatiniano.*“ Idem JCTus postquam subjunxit, inter *capitularia Regum Francorum* ne

51) Conf. §. sequ. Not. 61,

ne verbum quidem earum legum inveniri,
 suam narrationem ita prosequitur: „Neque
 „jus scripto comprehensum tunc temporis
 „habuisse quedam vestigia supersunt, sed
 „obsequebantur consuetudini. Quo animo
 „*Dubslavius* eorum Princeps, circa Annum
 „MCCXLIX. omni consuetudini renuntiat,
 „quae in *Theotonia* et *Slavia* pro lege con-
 „sueverant observari:“ Ad haec verba mo-
 net Arpius lectorem, ut videat Schwar-
 zii 52) Orationem de *Historia Juris Slavorum*.
Grypsw. 1735. f. editam, statimque addit:
 „Sic iisdem temporibus *Jaromirus* II. omni
 „consuetudini, quae *Jus Slavicum* publice
 „appellabatur in veteris aevi tabulis, quae
 „supersunt, renuntiat. Ceterum non inho-
 „nestae consuetudini omnino obsecutos, fidem
 „facit *Helmoldus Chron.* Lib. II. C. XII. n. 12.
 „Quamvis, inquit, odium Christiani nominis,
 „et superstitionum fomes, plus omnibus Slavis
 „apud *Ranos* invaluerit, pollebant tamen mul-
 „tis naturalibus bonis. Erat enim apud eos
 „hospitális plenitudo, et parentibus debitum ex-
 „hibent honorem“ — ceteraque hujusmodi,
 quae apud *Helmoldum* legi possunt. Ex mori-
 bus Slavorum multa in juribus *Cimbricis*,
 praecipue in quibus haec a juris Saxonici
 effatis abeunt, omnino retenta fuisse Arpius
 nul-

52) Adhibita omni diligentia non potui hujus *Ora-
 tionis* exemplar investigare, ut excerpere vale-
 rem notitias praesenti argumento idoneas; sed
 Arpius fortassis non intermisisset in suum opus
 transferre, si quid majoris momenti Schwarzius
 memoriae prodidisset.

nullatenus dubitat, sed paſſim observari
ſcribit; et, quamquam ei difficile sit leges
gentis notare, quae nullis perscriptae ſunt
tabulis; tamen de his, imo harum originatio-
ne feliciter, ut infra ostendere conabor,
conjecturam iſto verborum complexu fecit
(n. 133): „Praesertim cum antiqui Germani
„(Tacit. de morib. Germ. c. 16. Caesar de bello
„Gall. Lib. V.) nullas urbes haberent, nec
„junctas ſedes inter ſe paterentur, colerent
„discreti ac diversi, ut fons, ut campus, ut
„nemus placuifet. Vicos locantes, non in
„noſtrum morem, connexis et cohaerentibus,
„ſuam quiske domum ſpatio circumdaret,
„ſive adverſus caſus ignis remedium ſive in-
„ſcitia aedificandi. Ne caementorum quidem
„apud illos aut tegularum uſus eſſet; mate-
„ria ad omnia utentes informi et citra ſpe-
„ciem et delectationem. Eo magis VENEDO-
„RUM in constituendis civitatibus laudanda
„ſagacitas eſt, qui non ſolum STARGARDIAM
„ſeu ALDENBURGUM — ſed etiam ARCONAM
„et VINETAM — JULINUM — “ aliiasque ur-
beſ aedificarunt. Profecto Slavicae civitatis
nomen proprium jam Saec. VI. apud Jord-
anem ſaepius laudato loco 53) ita occurrit:
„Sclavani a civitate NOVIETUNENSE et lacu
„qui appellatur Mursianus uſque ad Danas-
„trum et in boream Vistulatenus commoran-
„tur.“ et Constantinus Porph. P. II. Cap. 9.
de Ruſorum Constantinopolim in lintribus
venientium antiqua negotiatione, eorumque
hyberna vivendi ratione ſcribens, his utitur
ver-

53) pag. 11.

verbis: „Ineunte Novembri mense — egre-
 „diuntur Kiawo et in OPPIDA profiscuntur,
 „quae Τυρα appellantur.“ Itaque, licet Pro-
 copius Caesar. in contextu superius adducto
 Slavonicarum civitatum et oppidorum non
 meminerit; sed sola vilium tuguriorum
 rare et sparsim positorum apud eundem le-
 gatur memoria eo cumprimis fine, ut vide-
 tur, ab illo facta, quo facilius in brevi de mo-
 ribus Slavorum compendio veteris appella-
 tionis *Spororum* causa significaretur: minime
 e silentio illius consequitur, *civitates, oppida,*
pagos et vicos apud Slavos antiquiores non in-
veniri, quum accedant ad illas Jordanis et
 Constantini auctoritates etiam antiquissima
 civitatum nomina, ut sunt: VINDOBONA 54),
 PRAGA, cumprimis 55) vocabulo GRAD,
 Grad, vel ropyab composita: WISSEGRAD,
 NOVOGRAD, BIELOGRAD, quorum plurimae
 in omnibus propemodum Slavoniarum regio-
 nibus veteres memoriae occurunt eo con-
 sensu, ut non nisi ex altiori aevo primas mi-
 grationes superante repeti possint. Verba
 Jordanis: *hi paludes silvasque pro civitatibus ha-*
bent, nemo fortassis ad barbariem, et di-
ver-

- 54) Vid. Cl. Equitis Antonii de Geusau: *Geschichte der Haubt- und Residenzstadt Wien in Oesterreich.* I. Th. Wien, 1789. 8. I. Abschn. §. 3.
 III. Abschn. §. 1 — 5. Sed, ne quid latentis ad-
 hucdum controversiae pro expedita rei veritate
 obtrudere videar, *Vinetam* civitatem Slavorum
 Septentrionalium fuisse certum est.
- 55) Vid. collatio hujus vocabuli cum aliis linguis
 apud Cl. Adelung voc. *der Garten.*

versum a communi civitatum notione sensum transtulerit; animadvertisendum tamen puto propter eos, qui nihil nisi barbariem in antiquitatibus nostris vident: *paludes et silvas ad munimenti naturalis, seu aditu difficilioris loci rationem pertinere*, ut recte Leo Sapiens in Tacticis de isto Slavorum refugio perscrivit, et constat ex situ civitatum veteris Slaviae inferioris ad mare Balticum protensa; atque urbis KIEW, de qua Nestor pag. 9. itidem scripsit: и баше около града лѣсъ и боръ великиъ — *eratque in circuitu civitatis silva et pinetum magnum*. Post Arndium de Legibus universae Slavorum gentis in genere bene mereri, annotationesque illustrandis originibus Legum Bohemicarum 56) proferre conatus est Cl. Adauctus Voigt; quod ex consensu 57) aut dissensu earum collato cum juribus cognatarum et vicinarum gentium, spiritus illarum clarius cognosci et significans designari posset, si certae fidei atque altioris aevi ad hoc genus eruditionis pertinentes notitiae ac monimenta haberentur *Polonorum, Russorum, Croatarum, Illyriorum, Venedorum, ceterorumque*; sicut nobis praestato sunt hujusmodi res *Moravorum et Bohemorum* ad praecipuam Slavorum stirpem pertinentium. Sed viro, alioquin in exquirendis rerum nostrarum memoriis diligentissimo, defuit eo tempore notitia praestantioris illius antiquitatum Slavonicarum monimenti jam praecedenti Cap. laudati: *Правда Рѹскѧ, seu*

56) Supra laudati Nota 41) operis pag. 9. et sequ.

57) Ejusdem pag. 60. et sequ.

Legum Magnorum Ducum Jāroslawi Wladimirowicz' et Wladimiri Wsewolodowicz' Monomachi, quae sequius notis et expositione antiquiorum vocabulorum illustratae prodierunt in lucem Moscuae A. 1792. Itaque Voigtii sententia de *formali Legum complexu* ab omnibus praefatae Slavorum originis gentibus omnino serius, quam apud *Bohemos* 58) perfecto, nunc sensu ab auctore prioribus numeris 59) intento, quadam exceptione ad monumentorum fidem ita reduci debet: ut *Bohemis* quidem ante *Russos* fragmenta Slavice conceptarum legum consuetudine firmatarum atque in antiquioribus diplomatis *latinis* 60) servatarum vindicari possint; ipse tamen *Slavonicus Legum contextus diplomatico tabularum* testimonio firmatus apud *Russos* antiquior sit quam apud *Bohemos*. Voigtius enim ipse Nro XI^{mo} *Leges scriptas*, quae ad nos per venerunt, *Przemyslao II.* 61), seu Regi Ottocaro I. ut omnium primas attribuit, in hunc modum titulo, et sub finem chitonologia

58) Ejusd. sect. X.

59) Cumprimis Sect. IX.

60) Ejusdem Sect. IX. nott. t) u) v).

61) Illae enim leges Przemyslai ab aratro sumti Principis nomine ab Andr. de Duba insignitae, non tabulis, sed traditionibus majorum nituntur; quibus ego velut fragmentis ex antiquitate servatis ad illustrandum praesentis §. argumentum utor, dum illae fidem ex consensu aliorum monumentorum, maxime in *formulis actionum Legis Russicae* veteris merentur, atque communem ingenii Slavonici consuetudinem redolent,

gia insignitas: *Jura Suppanorum* 62), *Baronum, Nobilium, totiusque vulgi Provinciae Brunensis*. — *Actum in Brenna*, (Bruna) a. 1229. XV. Kal. April. Complexus vero *Justitiae, Правда Рѣскала, Nowgorodensibus Anno MXVII. (1017) datae*, annis duodecim supra ducentos antiquior est illis Ottocari Legibus, easque *latine* in originali contextu perscriptas, pretio dialecti Slavonicae, ad praesens institutum pertinente, superat.

Habentes igitur monumentum Slavonicae antiquitatis certae ac venerandae, ad cuius proprietatem philologicam et legislativam fragmenta Legum Bohemo - Slavonicarum in diplomatibus nostris antiquioribus, tum in laudatis quoque Ottocari I. Juribus servata referre, atque proprios ingenii Slavonici justitiae dicundae mores observare valeamus, ipsa vocabuli ZAKON, Законъ, Boh. Зákon, Dalm. Зákon — universalis communio, antiquitas et praestantia nos monet, ut primum in ejus historiam et originationem inquiramus.

II. Jam equidem iste servati *Legis* vocabuli consensus asserendae altiori antiquitati migrationes majorum nostrorum praecedenti sufficeret; sed, habet nomen laudatum pre-

62) Opinio, quae Voigtio heic pag. 71. nota d) de Suppanorum originatione a vocibus Суд et Пан repetenda, videtur esse verisimillima, vel ipsi verae lectioni nominis Жданъ repugnat jam superius a me certis monumentis confirmatae.

pretii quoque sui testimonium a Scriptoribus Byzantinis, quo hi linguae suae adaptato subinde uti non verebantur animadvertente Bandurio in notis ad Constantimum Porphyrogenitum. Observatione digna est istius pericopae: κατα τα ζάκανα — de adm. Imp. Cap. 8. et Cap. 38. και ζάκανον — non solum Graeca nostri vocabuli Законъ, Закон inflexio, verum etiam commutatio vocalis o cum α, atque accentus consuetudine Bohemica superscriptus, quo Bohemi et Dalmatae Toni sui slavinitatem tueri possunt: imo specimen habemus ejusdem commutationis a Byzantinis factae in populari Slovenorum nomine, cuius enuntiationem antiquissimo consensu variorum ejusdem originis populorum supra confirmavi. Sed proprium universae genti originationis vocabuli Закон ingenium tanto praestantius est, quanto magis illius notatione demonstrantur: civitatum Slavonicarum magnitudo, curae servandi ordinis et securitatis publicae promptior oeconomia, atque a *judicio* municipali oretenus peracto, seu moribus recepta consuetudine Slavorum civili, non ab alia gente mutuo accepta, sed populari ingenio *Legis* et nusquam, et uspiam scriptae deducta originatio. Singula istius praestantiae momenta nituntur analysi atque historia laudati nominis, quod compositum est ex praepositione За, et конъ substantivo nomine, cuius memoria antiquioribus membranis Legum Jaroslawi Vladimirowicz' servata est §. XX. в челяднномъ изводѣ 63) ubi

63) Expositio hujus vocis videatur infra Fragmen-

ubi praecipitur, ut is, qui servum suum furtive sibi subduotum agnoverit, acceptum deducat ad judicia, in quibus res oretensis aguntur, dicta Slavonice singularis numeri unico vocabulo *кóнъ*. Egregie hanc vocem auctor laudatae Legum Russicarum editionis illustravit pag. 41. Nota (ε), cuius sensum heic e verbis Russicis Latinum faciam: „Sicut Leges Jaroslawi causa Nowgorodensium conditae sunt, ita has, omniaque in iis scripto comprehensa ad veteres consuetudines laudatorum civium referre oportet. Notum vero est, Nowgorodum fuisse civitatem magnam et populosam, divisam in quinque partes maiores, quae nomine *finium* (концовъ) appellabantur, ita, ut singulis *finibus* nonnullae plateae continerentur. Hac igitur civitatis magnitudine, atque populi numerositate spectata fieri non potuit, ut unus Princeps, vel Vicarius ejus, cum Consule et Chiliarcho (viro praecellenti) successu prospero omnium civitatis incolarum querelas et lites audire, atque sententiam ferre potuerit. Quapropter in qualibet fine ordinati erant viri periti *judiciorum* appellazione Slavonica των *кóнων* comprehensorum, quae constabant nonnullis hominibus aetate proiectis, et quotannis pluralitate votorum e gremio incolarum ejusdem *finis* seu termini electis. “ Senaculum hujus *judicii* *кóнъ* appellati numero duodecim virorum constitisse probat Illustriss. editor; jam vero,

si-

to 4. vocabulorum ad *actiones* Leg. Slav. pertinentium.

sicut grammatica notatione certum est, simplex vocabulum **кóнъ** antiquius esse nomine composito **Законъ**; ita quoque Slavonici iuris dicundi ratione cum rebus gestis comparata, videtur mihi eadem certitudine originatione vocabuli **Законъ** ex antiquitate, et priori usu nominis **кóнъ** repetenda esse: quod leges consuetudine morum apud Slavos inductae scriptis legibus omnino sint antiquiores; nec alia fuerit primariae significationis τ^τ **Законъ** vis, quam notio justae ordinationis aut tribuendi aut adimendi; aut puniendi aut jubendi; aut vetandi aut permittendi, ex consuetudine dictorum judiciorum ore tenus peractorum deducta. Ita vocabulum simplex **мýръ** antiquius composito **Замýръ** eodem significatu, sumtum fuisse invenio apud Nestorem pag. 38. isto verborum complexu, forma composita: обновити ветхий замиръ — *renovare veterem pacem.* Sed, postea quam **Legum** non tantum in cordibus nostris, verum etiam in tabulis scriptarum Latina et Graeca nomina Slavonicis vocibus jam Saeculo VII. proponerentur; magis vero Saec. IX, dum Slavi divinarum Scripturarum vim atque doctrinam sua dialecto legere postularent; vocabulo **Законъ** *Legis* nomen identidem ex Graeco Slavice redditum fuit. Igitur collatis laudati vocabuli monumentis antiquioribus cum sensu philologico, memoriis rerum gestarum illustrato, non tam originatione vocabuli **Зáкон** antiquitatem a Novgorodensibus repeto, quam servatae consuetudinis universae Slavorum genti olim ac hodie communis idoneum testimonium ad historiam nominis laudati deduco: nam vestigia

gia ejusmodi *finium seu portionum arbitris iudiciorum provisorum*, non tantum in aliis civitatibus Slavonicis, verum etiam in provinciis invenio, similitudine quadam Romanorum, apud quos *Servius Tullius rex universam Urbem in quatuor, agrum vero Romanum in quindecim vel septendecim portiones* divisit. Habent itaque Slavi suae communis linguae nomen *Legis antiquissimum*, nec etymologice, nec facie, neque translata vi aut philosophia vocis ab alia gente acceptum; sed propriis moribus coaptatum, cuius originatio plura *ingenii eorum non maligni, nec fraudulentis specimina innuit*. Ex isto antiquitatis consensu in communi vocabulo *Legis (Закона)* ad urbanitatem seu slavinitatem cum primis pertinente, velut ex primario *Justitiae* monumento facile colligitur, cur antiquiora Legum Slavonicarum fragmenta, subinde diplomatum atque tabularum fide apud stirpes diversas confirmata, eandem juris dicundi popularem consuetudinem iisdem vocabulorum formulis signatam prodant; quarum exempla quaedam heic proferam, ut significantius constet: verba Procopii Caesariensis saepius laudata de *rerum fere omnium ratione a Slavis et Antis eadem servata olimque constituta*, suum veritatis pondus ex monimentis habere adhucdum in antiquis membranis, partim quoque in usu persistentibus.

III. Duplici genere ista legum Slavonicarum fragmenta complector: ad primum refero nimis antiquas, et partim apud quasdam stirpes jam obsoletas horum fragmentorum voces; secundo genere comprehendo pris-

prisca quidem eorundem vocabula, sed quae
viridi usu sive in Litterali lingua, sive in
Russica, Bohemica vel in alia quadam dia-
lecto Slavorum adhucdum communi auctori-
tate vigent. Sed, quia ubique certa fiducia,
(semper enim ille Plinii in studiis timor ma-
gis quam fiducia mihi obversatur,) quid in
singulis dialectis omnino antiquatum, quid-
ve consensu eruditorum consuetudine dignum
in usu persistat, historica fide asseverare non
possum: quum in tanto lexicorum perfectio-
rum desiderio, quae auctoritatibus nitantur,
mihi omnino difficilius videatur esse; nega-
re alterutrum, quam assertionis proferre auc-
toritatem; eas tantum voces Bohemicas, de
quarum usu mihi certis rationibus constat,
signo vigoris * isto distinguam; quae autem
apud Russos velut nimis antiquae obsoleta-
rum specie notis illustrantur in editione Le-
gum saepius laudata, signo † R. antiquati-
us usus notabo. Discrimine isto apparebit, quid
ex antiqua *Slavinitate* sit magis conservatum
apud Bohemos; quid vero apud Russos et
Bohemos, dum vocabula nullo signo nota-
buntur, et qua potestate adhucdum in usu
sit, sequens contextus verborum docebit.
Aliorum quoque communis nostrae originis
Slavicae populorum, cum primis Polonorum,
atque Serborum Danubianorum antiquas le-
ges, aut earum fragmenta libenter contulisse;
sed neutrius gentis tantae antiquitatis
Slavica monumenta potui obtinere: igitur Rus-
sicae nostraeque ac Moravorum nationis vo-
ces et formulæ loquendi antiquiori Slavorum
jure et consuetudine firmatas heic producam:

Frag-

Fragmentum 1. { Правда.
правда.

*Justitiae ac judicij significatu vox ista in Dialecto Litterali Slavorum adhucdum vigeat, e.g. Ps. LXXI, 1. CV, 2. I. Johann. II. 29: тѣкъ всѧкъ твораи правда — quoniam omnis faciens justitiam. Itidem occurrit in antiquis Annalibus et monimentis litterariis Russorum. Apud Bohemos eadem vi et ratione viguit; ut fidem facit *Evangeliarium Bohemicum antiquum MStum Bibl. Vindobon. Palat, et MS. Codex Bohemicus Andreae de Duba Supremi Judicis Regni Bohemiae Anno MCCCLXXXVIII, olim Ambrasianus 400, nunc Palat. Vindobon. CCXLVI.* Non dubito ista collatione philologica laudatam vocabuli vim antiquissimam esse, licet Russi pariter ac Bohemi jam illa voce utantur *veritatem* significaturi; nec enim iste in significatu consensus veteri auctoritate destituitur, et philosophia; quod *justitiae ac judicij aequitas veritate* nitatur, et *Apostolus ad Ephes. IV, 24: justitiam et sanctitatem veritatis jungat in novo homine, qui secundum Deum creatus est.* Formulae veteres, in quibus potestate judicij ac *justitiae* illud vocabulum continetur, sunt: Legum Wladimiri Wsewolodowicz' Monomachi Гл. XVII, ст. 1: На правда не вѣлазити; hoc est, ut Nota (a) Russice exponitur: передъ судъ не выходить, не представляться; coram judicio se non sistere. Earundem Legum Гл. IV, ст. 1. sub finem: дати емъ правда (sic editum est) ab illustratore Russico redditum: дати ему судъ; dare ipsi judicium, seu satisfactionem lega-*

legalem. In eundem modum apud Bohemos formula loquendi viguit: — *a ma se gemu prawda statu*. MS. Andr. de Duba fol. 27. — *aby se g̃im prawda dała*. fol. 28. — *att prawdu bozku wedu a wtee prawdie y k̃tee prawdie* fol. 77.

2. Гóлова, гóловникъ R. Головнýчество R.
Hlawa.

„Quid sit querere de *capite* ejus, qui
„cum telo ambulaverit hominis necandi fur-
„tive faciendi causa, hominemque occide-
„rit — “ constat ex Ulpiani Lib. 7. de offi-
cio Proconsulis sub titulo de sicariis et ve-
neficis, Capite primo legis Corneliae de si-
cariis. (Vid. *Mosaicarum et Romanarum Leg-
rum collatio* Tomi I, P. II. Criticorum Sa-
crorum Tit. I. de Sicariis) Russica enuntia-
tione laudatum vocabulum *гóлова*, *caput*,
significatu *poenae pro homicidio* in Legibus
Jaroslawi Wlad. occurrit §. I. §. II, ubi ver-
ba de filiis ejus scripta: *и ѿложиша оубийниe*
за гóловы, Nota (ε) paraphrasi redduntur:
dimisso suppicio mortis, quod antiquis legibus
suit positum, hujus loco lege statuerunt exactio-
nem mulctae pecuniariae — Veteres Bohemi
eodem sensu Slavonica vocis enuntiatione
(глava) *Hlawa* usi sunt, ut constat ex diplo-
mate Wenceslai Regis I. jam superius pag.
60, et 61. Not. 47. laudato: — „ne homines
„praefatae Ecclesiae (Brzewnoviensis) gra-
„ventur in hoc, quando aliquis occisus vel
„strangulatus, quod HLAWA nuncupatur, in-
„fra campos alicujus villaे projectus ab ini-
„quis hominibus reperitur, per quod paupe-
res

„res calumniose, sive invicem seditiose, seu „a latronibus vulnerentur, quod est RANNIK.“ In antiquiori diplomate Ducis Spitignei, quod Cl. Dobnerus Annal. Hagec. P. V. ad Ann. 1058. scalpro ad autographi exemplum excusum edidit, eadem vox GLAVA (*Hlawa*) more scribendi majorum nostrorum exarata est. In MS. Andr. de Duba sumitur pro *homicidio* Titulo, *Puhon o mordu* — Citatio causa homicidii: *Vlasyprwe o hlawu nebo o mord kdyz se odkoho stane*.

3. { Свáда † R.
 { Swáda *

Lis, jurgium, contentio, rixa hoc nomine significantur: ita enim in editione Legum Jaroslawi ad contextum §. IV. — *ЕЗО ВСАКИЯ СВАДЫ* — Nota (a) haec vox Russice illustratur: Свáда, свора, побранка. Apud Bohemos ex antiquis temporibus usque in praesentem diem illud nomen eodem significatu viget: nam Dalemilus Cap. 2. sub finem, de lite aut contentione majorum nostrorum apud seniores judicata, in hunc modum scripsit:

Pakli se kde stala která swáda,
Vstarssjho budiesse (Cod. Zeber. biesse) rada;

Notatione dignum est Slavonicum hocce vocabulum *Swáda*, quo cum verbo *вáждѧ*, *wadim se, litigo, contendō* — *Swadim se, swadil se, litigabo, litigavit* — grammaticē collato, apparet, quid antiquioris puriorisve *Slavinitatis* adhucdum in dialecto Bohemica servatum observari possit: nam illud à verbi

bi **swáda** recentiorem esse in dialecto Litterali epenthesin, manifeste prodit veteris vocabuli *Swáda* cum Bohemica enuntiationis et verbi, et nominis consuetudine consensus.

	ИЗБОДЗ + R.
4.	СВОДЗ + R.
	Звод *
	Swod.

Si qua vocabula Slavicarum Legum *actio-*
nes, id est, certi exercendi juris ritus, certis
 verborum conceptionibus et formulis desig-
 nantia, consensu majorum nostrorum anti-
 quissimo aetatem tulerunt, duo heic adducta
 omnino talia sunt, ut non solum philologi,
 verum etiam Slavonici juris studiosi hominis
 observationibus digna sint. Continetur in eis
 temporum, et Slavicae *legis actionum* specta-
 tis varietatibus, vis ac potestas diversa; un-
 de voces illae sunt polysemiae, non vero
 unius ejusdemque sensus conceptiones aut
 ejusdem nominis formulae, prout Cl. Ad-
 auctus Voigt Dilser. laudatae de *spiritu legum*
Bohemiarum sectione X. Nota (κ) arbitratus
 est; proprium significatum vocis **Звод**,
 quam is pro eadem cum **Swod** habebat, ex-
 istimans esse: *missionem in bona debitorum*.
 Licet enim ista vocabuli hujus **Звод** potestas
 vera sit pro ratione temporis relati ad *Jus*
Municipale Bohemicum, in quo G I. Titulo:
О Зводищ на Statky gruntownj vel ipsa
 inscriptio praefatam vocabuli vim indicat;
 gradu tamen ad antiquitates nostras et Rus-
 sicas facto, distinctae formationis, atque di-
 ver-

versi significatus nomina sunt *Звод* et *Свод*. Primo itaque vocabulo consuetudine Russo-rum *нѣзбѣдъ* enuntiato significatur seductio, qua quispiam alieno servo persuadet fugam, seu, prout editor Legum Jaroslawi et Vladimiri in *Indice Glossematum* 64) exponit :

нѣз-

- 64) Quum neminem adhuc Slavonicorum glossematum collectorem, qui serie Alphabeti Cyrillici specimina edidisset, mihi legere obtigerit; non possum intermittere, quin heic laudatum Indicem eadem Illustriss. Auctoris inscriptione adducam: Указаніе всѣхъ, находящихся въ сей книгѣ, матерій, также словъ и названий древнихъ изъ употребленія вышедшихъ, или въ иномъ смыслѣ употреблявшихся, по азбучному порядку расположенныхъ, съ означеніемъ, или главъ и статей или страницъ гдѣ они находятся. Verba et nomina antiqua, въ contextu Legum desumpta typis excusa sunt ecclesiasticis, et reliqua omnia politicis litteris; exempli causa: рота. Присага. сп. 29. (о) въ какихъ случаяхъ рота употреблялась. Гл. XXIX. Non solum philologice, verum etiam historice glossemata illustrantur; varius ejusdem vocabuli usus collatione distinctorum locorum demonstratur, et ratio dialecti aliarum provinciarum subinde pensi habetur. Antiquitatum jurisprudentiae Bohemo-Slavicae studioso nihil isto Indice utilius mihi videtur; quamquam ipse Legum contextus, quod attinet ad junctorum verborum consuetudinem antiquiori cumprimis nostro usui analogam, saepius critica observatione dignior sit, aequo ac formularum usus requirendo antiquiori Leg. Slavon. spiritui aptus est.

и́збóдъ. Подговоръ, выводъ кого откуда; quod ego Bohemice dicerem: Žvod. Návod, wývod někoho od někud. In diplomate Wenceslai Regis I. dato Abbatii in Brewnow Dlugomilo Anno MCCXXXIV. exemptio ab exactionibus et gravaminibus in hunc modum confirmatur: tam ab iis, quae vulgariter dicuntur NAROK seu ZWOD. Voces istae si conferantur cum contextu §. XX. Legum Jaroslawi Titulo: Съ челадинномъ и́збóдъ. 65) Йще кто познаетъ челадинъ свой оукраденъ — Si quis agnoverit servum suum furto sublatum — Item cum Legibus 66) Przemyslai II. seu Ottocari I. Regis Boh. ubi vocabulum Nárok sumitur pro incusatione furti; facta comparatione facile intelligimus, altero nomine Žvod eandem legis actionem in diplomate Wenceslai R. significari, nullatenus vero missionem in bona debitorum. Imo videtur mihi istius actionis appet-

65) Челадинъ, рабъ, холопъ, nota (a) ad §. XIV. *Servus*; majoribus nostris Roba, serva, ancilla; ita enim lego in M. S. Dobrowskiano Gaudio I. S. Mariae Virg.:

Yaz sem roba boha meho
Bud my podle slowa tweho

66) Vid. Edition. Benedictinorum Rayhradensium pag. 24. qui nota (h) ex diplomate ejusdem Ottocari dato Ordini Teutonicorum in Boh. et Moravia A. 1222. haec verba retulerunt: si vero Narok, quod latine vocatur accusatio furum vel nocturnorum praedonum super eorum homines evenerit. —

pellatio nomine **ȝwod** signata sequioris else usus apud Bohemos, postea quam hi Jurisprudentia Romanorum tantisper imbuerentur: nam verborum apud J. G. Heineccium **Syntagm. Antiquitt. Rom. Lib. IV. Tit. VI. de actionibus.** §. XXI, occurrentium in edicto praetoris: „*In bona ejus*, qui judicii causa „fidejussores dederit, si neque potestatem sui „faciat, neque defendatur, *iri jubebo* — aliquam similitudinem habet laudatum vocabulum **ȝwod** vi sua in Jure Municipali prescripta. Alia, et omnino diversa est ratio *actionis* legum Slavonicarum formula vocabuli **свóдъ**, **Swod** designatae; primum enim vocis istius elementum est praepositio **съ** = **s** aequivalens Latinorum significatui *cum* vel *con*, quae cum substantivo nomine **водъ**, **wod**, a verbo **wedu**, *duco*, **woditi**, composita, etymologice *conductionem* significat; vi autem et usu Slavonici juris, ut Cl. Commentator ad hanc vocem adnotavit, **свóдъ** est rei cum indice, seu delatoris et rei compositio; unde formula Slavonica Leg. Jaroslawi §. XVIII. ḥ **свóдъкъ**. — **и́ти до трéткаго свóдъ** — triplex in hunc modum intelligitur actio: 1^a in eum, apud quem furto ablata res inventa fuit; 2^a quem prior designaverit, quod rem obtinuerit ab eo; 3^a denique in eum, ad quem iste secundus se revocaverit causa rei ab ipso acceptae. In diplomate Spitignei Ducis supra laudato, inter quinque vocabula Bohemica isto contextu comprehensa: „*Jungimus preterea omnibus supradictis collectas generales uenditiones Swod* „**GLAVA NAROK NEDOPERNE' GRRDOST,**“ laudatum vocabulum *Swod* elemento S per-

scriptum, praecedentium quoque verborum causa significatu *immissionis in bona debitorum* sumi non potest; igitur potestate actionis, ut mihi videtur similis, quae dicto §. XVIII. continet, aptius intelligitur. Sed, cum nihil temere alseverare velim, in hac vocabuli *Swod* collatione, ejusque apud nos usu maturius obsoleto illa notione actionis mox laudatae, malo me intra conjecturam continere; quamquam verba *zwedu*, et *sweđu* diverso significatu adhucdum a nostris usurpentur, atque illud ipsum vocabulum *Swod* in Jure Municipal i 67) significatu *lenocinit* occurrat Titulo: *De poenis propter publica crimina vel delicta.* N. II. *Swodowe*, kterjž se spůsobí prostředkem lidj zlých. Item in Indice: *Swodu pokuta*; *lenocii poena*. *Ordo citacionum* in MSto Andreae de Duba dicitur *Rzad o Puhonijch*, quarum tres else, ista loquendi formula exprimitur: *wſſiczní puohonijdau trogim puohonem kromie zien a wdow*. In laudato Jure Municipal Titulo: *De testibus et testimoniis.* B. XLVII. Rozd. I. III. Evocatio ad testimonium prima reputatur pro citatione dicta *Puhon*; secunda *Duhon* appellatur isto formulae compendio in Indice expresso: *Obeslání j svedom prwnj za Puhon, druhé za Duhon se kláde*; non tamen ausim vocis *Puhon* auctoritatem cum antiquitate vocabuli *swod* comparare: nullum enim illius ve-

67) hac inscriptione edito: *Práwa Městská Království Českého a Margravství Moravského. Jura Municipalia Regni Bohemiae et Marchionatus Moraviae.* Bruna A. 1701. fol.

vestigium in illo veteri Leg. Russ. Cod. invenio. Igitur ad vim duarum postremarum in diplomate Spitignei perscriptarum vocum *Nedoperne'* et *Grrdost* exponendam regrediar. Priorem Voigtius 68) illustrat significatu poenae in eum latae, qui convictus fuerit violati avium nidi, ubi pipiones *nondum perfecte plumis* instructi nidulabantur; prout innuit ipsa vocabuli *Ne-do-perne'* notatio; perceptu facilis, et ob analogiam, auctoritatem, ac sui perfectionem digna vox, quae renascatur. Quod ad spiritum hujus legis Bohemo-Slavonicae attinet, velim, comparetur ejus institutio cum illa Deuteron. XXII, 6, 7: *Si ambulans per viam, in arbore vel in terra nidum avis inveneris, et matrem pullis vel ovis desuper incubantem; non tenebis eam cum filiis: Sed abire patieris, captos tenens filios: ut bene sit tibi, et longo vivas tempore.* Porro, meminere it investigator causae, ac finium legis, laudatorum, ab ingenii nec maligni, nec fraudulentи et cum simplicitate morum conjuncti 69) moderamine, Slavorum; ipseque censuram in disciplina observet. Postremum vocabulum *Grrdost* heic equidem Voigtius non adduxit, sed aliud simile huic ex Legibus Przemyslai Ottocari 70) excerptum *Hur-*

X 2

losst

68) De spiritu Leg. Bohem. pag. 57.

69) Conf. Procopii Caes. contextus ad principium Cap. recensitus.

70) Edit. Benedictin. pag. 31: *Insuper si quis spoliatus fuerit per Wiboy, incuset, quos vult, et de Hurlozt nominet, quos vult, et antiquae consuetudines conserventur.* Quam facile in an-

lost, a *Հրծօ* (*Jugulum*) sua opinione deduc-
tum, et fortassis *Հրծօստ* legendum, cum aliis
duabus earundem Legum vocibus *Wyboy*
(*въбъй*), et *Wrzest* protulit. Si lectio vocabu-
li *Grrdost* (гордость Пыча; *Հրծօստ*, *պչա*,
peycha, significatu communi: *superbia*, *arro-
gantia*) ut hoc in diplomate Spitignei per-
scriptum exstat, conferatur cum voce *Pych*
in Jure Municipal ad Titul. *De criminibus ex-
traordinariis.* — ○ *Pychii.* ○. I. — V, nes-
cio, an itidem *Hrrdost*, *Հրծօստ*, potius quam
Hrdlost legi debeat: quum nomen *Pych* pro
Պչա discriminis conceptaeque juris formu-
lae causa videatur successu temporis loco
Hrdost assumtum; nec obsit prior formula:
quia veteres Slavi, maxime Bohemi, ut jam
superius animadverti, scribebant *Ֆլօբ* vel
Ֆլօբա. Profecto ordine ac potestate horum
trium vocabulorum expensis apud Voigtium,
prima voce *Wyboy invasio aedium seu vis pri-
vata Juris Municip. 71)* auctoritate omnino
significatur; altera voce lectionis dubiae,
fortassis violentia 72) effringentis portas in-
telligitur; tertia demum vox *Wrzest* homici-
dium cum furto conjunctum notare videtur,

cu-

tiquo MSto, loco *Hrrdozt* legi potuerit *Hur-
lozt*, duplicitis rr in vocalem u deformatione,
characteris vero d in litteras r et l divisione,
perito palaeographiae lectori notius est.

71) ○ *Kwastu*, *Weybogi a Autoku.* Η. XI.

72) Propter conjunctionem harum vocum in *Lege*
Ottocari mox laudata: *per Wyboy — et de Hur-
lozt (Hrrdozt, Հրծօստ.)*

ejus criminis reus 73) in laudato Jure dicitur *Mordēr*, vocabulo, ut apparet, recentiori et peregrino; quamquam in MS. Andr. de Duba jam legatur Titulus: *Puhon o mordu*. Hoc equidem intellectum velim de significatu tertiae illius vocis *Wrzest* Voigtii lectione ac opinione, quam is dubitanter protulit; et, quia non valeo asequi rationem, cur ille recesserit a lectione exempli Legum Ottocari ex MS. antiquo typis Neumannianis Brunae A. 1781. 8. hac inscriptione primum editi: *JURA PRIMAEVA MORAVIAE*. College-runt ac notis illustrarunt Benedictini *Rayhradenses*. Hujus enim editionis pag. 31. vocabulum *WRCZ* hoc modo in contextu excusum, in nota (q) ab editoribus complexu duorum priorum *HURLOZT*, *WIBOY*, *WREZ*, vera, ut puto lectione, signatum est, sub-junctis verbis: *sunt vocabula Slavica tam antiqua et inusitata, quorum etymologiam et significatum hactenus nullibi investigavimus*; ita quidem illi existimabant. Sed jam priorum duarum vocum, praecipue illius *Wiboy* (въбой, *Wybog*, *Weybog*) significatio notior est, cuius thematis, nimirum бой, bog, bellum, pugna, certamen, complures alias voces diversa praepositione compositas Slavonicae urbanitatis habemus istas: *разкои*, *duellum*, Jaroslawi Leg. §. III, et IV, ubi formula occurrit *стоати на разкои*. Voces *Odbog*, *odbog-nje* significatu *seditionis*, *seditiosi*, *detrectatoris*, adhucdum apud nos vigent; verbo *odbogugti* usus est Andr. de Duba, cuius loquendi for-mu-

mulam mox ad verbum *m̄st̄ti* laudabo. Radix dictarum vocum omnino eadem est cum Homeri vocabulo BOH, Il. B. v. 408. ubi *bello strenuus* (*Βούν αγαθος*) laudatur Menelaus. Quum antiquiora sint apud Slavos pacis quam belli studia, certumque sit, eos disciplina militari a Graecis, ut infra ostendere conabor, instructos fuisse; ipsius belli nomen apud utramque gentem et litteris κόνι = BOH, et significatu consentiens, institutiones militares a Graecis ad Slavos derivatas confirmat. Vocabulum *ράζκον* perfectius est illo *Kig* lege ultima Ottocari I. occurrente: *Praeterea duellum, quod vulgariter Kig dicitur, non habeant, nisi ad extraneos;* quod Editores Benedictini eodem sensu in Polonia formula *Kige* usitatum esse observarunt nota(r); non equidem ad mox laudatam legem; sed ad istam pag. 31. Item, si quis citatus fuerit et obtinebit jus suum in judicio, neque *Wrcz* (*Wrez*), (r) neque *Pohonce*, sed solummodo denarios duos persolvat, quod *Pomocne* vulgariter appellatur. Hujus notae littera (r) signatae, et minime hoc pertinentis, errore, Voigtius, ut opinor, inductus utramque legem contraxit in unam numero 15. propositam. Jam quod attinet ad vocabula *Wrez* et *Pohonce*, nescio, utrum vocem priorem comparare audeam, cum εν et ρέζε (*Wrēz*) *in fenus*, vocabulo §. XXIX. Jarosl. ὀμήταχνον ρέζε occurrente; an vero legere debeam εν ρέζε (*Wrēz*), simplicius quam sit illud Slavorum εν ρέζε, i. e. εν πράγδε: quum in MSS. Saec. XIII. littera ȝ lectionis ambiguae sit. *Pohonce* a *Pohon*, nunc *Puhon*, videtur ducum;

tum; fortassis quod *citationis* nomine solvebatur,

5. { Помо́щное
Pomocné

Quam vocem Benedictini Leg. Ottoc. editores, et Voigtius identidem non interpretatam reliquerunt, arbitrati eam nomine substantivo **Pomoc**, *auxilium*, *adjumentum*, помо́щъ praesentis adhucdum usus, adeoque perceptu facilem esse; hanc ego magis consuetudine Slavonici formularum juris expendens, antiquitatum ejusdem jurisprudentiae apud Russos et Bohemos consensui maxime idoneam esse inveni: nam Ottocari I, de persolvendo *Pomocne* collata lege cum illa Jaroslawi §. X, ubi Genit. casu occurrens vocabulum помо́щного ѧ кгн҃ — Cl. Interpres nota (ε) sic exponit: помо́щное, *solutio pro dato auxilio existenti in tribulatione seu infortunio, in quod falsus delator innocentem induxit, expositionis ratio plane convenit cum verbis Ottocari: si quis citatus fuerit, et obtinebit jus suum.* — Quod attinet ad formam vocabuli *Pomocne*, haec omnino eadem est cum illa, quam Dobrowsky Hist. L. Boh. pag. 66. adduxit ex dipl. Wratislai: (Zagradne, nunc Заграднѣ) ZAGRADNEGO XVI. ОКАУ: id est: *Census hortensii XVI. urnas* (mellis).

6. { мстить.
мéсть.
mstjt.
msta.

Haec

Haec sunt verba et antiquissima, et praesentis adhucdum usus apud universam promodem Slavorum gentem, exigua subinde varietate inflexa, quorum illud *Infiniti* modi exemplo positum: мстити, vindicare, *ulcisci* injuriam sibi illatam, exstat §. I. Leg. Jaroslawi, ubi perpetrato homicidio, jus vindicandi caedem fratris asseritur fratri, filio caedem patris, vel patri caedem filii, certa formula legis ista: *Аже оүкієтъ мѣжъ мѣжа,*
тò мстити братъ брата, люко санови оїа, люко оїи тына. — Similis ordo juris vindictae habetur loco mox laudato MS. Andr. de Duba, qui de *Jure libero Provinciali* scribens, verbo *mstiti* contra *detrectatorem juris* (trotz proti prawu obycziegi odboýuge aneb odhániege vrzad a prawo czo včil —) hac formula utitur: — *toho gsu pamí welmi mstili — istum domini vehementer vindicarunt.* Nomen substantivum *mstty* *vindicta* in Russica aequa ac in dialecto litterali usum obtinet, exempli gratia *Deuter. XXXII, 43. мстти, Genit. sing. Ecclesiastici V, 9. Bohemis pro мстть, mstta in usu est, vel pomsta. Dalmatae vindictam significaturi utuntur vocabulo OSVETA, ut productis illustrium Poetarum exemplis docet *della Bella;* et vetustissimo suaे gentis axiomate: *Kose ne osveti, on se ne posveti,* id est: *Ille, qui sui vindictam non suscipit, non se sanctificat;* probare conatur *Comes Grubissichius* 74). Slavos Dalmatiae vindictam (OSVETA) *Sanctificationem* appellare, quod apud illos fere vindictam non suscipere religiosit;*

sit; putatque hoc adduci posse illud Matth. V, 43. Audistis quia dictum est; diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum. Nolim tamen ego hujus vindictae studium populare apud Slavos, cum primis antiquiores, tum vero Christianis institutionibus mitigiores factos, omni ultionum genere complecti; sed intra limites justitiae ac juris supra laudati me contineo. Notum est jus propinquorum occisi, atque inter percussorem et propinquum sanguinis quaestio Numer. Cap. XXXV. descripta, ubi nostra Versione Bohemica, ultior sanguinis redditur: institel ērwe, qui et cognatus occisi, přjbyzny žabitěho, nuncupatur; Slavonica Versione contextum Graecum vers. 12. απο τε αγχιστευοντος το αἷμα, ab illo, qui jure cognitionis sanguinis vindex est, isto verborum compendio reddente: ωόγικα κρόκε; cuius vindictae consuetudinem orientalium populorum antiquissimam, aequa ac illam veterem severitatem disciplinae in vindicando adulterio 75); nec non

75) Quae fuerit in contestando amore fideque conjugali Winedarum mulierum consuetudo, S. Bonifacius Archiep. Mogunt. Epist. ad Ethibaldum Regem, numero XIX. memoriae prodidit. Quia vero Cl. Carolo G. Anton de moribus antiquorum Slavorum supra laudati speciminis P. II. pag. 91. dictae Epist. pericopa suspecta videtur: quod quaedam editiones loco Wenedarum legant Persas, dedi operam, ut lectionem Wenedarum a Dobrowskio Dissertationum Bohemicae Societ. Scientiarum ad A. 1787. inter Dipl. et Hist. Nro IV^{ta} sufficienter discussam vin-

non curam hospitum patriarchalem, ultra modum aliquando profusae benignitatis, vi- den-

dicarem fide MSti, *Codicum Manuscriptorum Theologicorum Biblioth. Palat. Vindobon. Latin. Vol. I. P. I.* quos recensuit Cl. Michael Denis a Cons. Aul. Aug. et ejusdem Biblioth. primus Custos, ediditque *Vindobonae A. 1793.* f. recensi- tati pag. 1002. et sequ. inter Patristicos Nro. CCLXXVII. Itaque in Codice illo membraneo Saec. X. inter Theologicos MS. Lat. signato CCLIX. fol. 11. pag. 1. interpellata laudati Custodis fide ad contestandam lectionis veritatem, in hunc modum verba Epistolae scripta invenimus: „& uiinedi qdē foedissimum & deterrimum genus hominum tam magno Zelo matrimonium amorem mutuum observant ut mulier uiro proprio mor- „tuo uiuere fecusat & laudabilis mulier Inter illos „ee Judicat' quia propria manu sibi mortem Intulit „& in una stirpe pariter ardeat cum viro suo.. Cum „ergo gentiles qui dī nesciunt & legem non ha- „bent Iuxta dictum apōs naturaliter ea qua' legis sunt faciunt & ostendunt opus legis scriptum In „cordibus suis — “ Vocabula: *foedissimum & deterrimum genus hominum* a S. Bonifacio hac ratione dicta Dobrowskius arbitratur, quod ei nihil foedius videretur homine pagano: alioqui, in quem modum foedissimi et deterrimi forent naturaliter ea, quae legis sunt, facientes, et ostendentes opus legis scriptum in cordibus suis? Quamquam nolint posteri pro veritate simplicius agentes majorum suorum vitia quaedam paganae consuetudinis excusare, ut in omni genere actionum innocentes videantur: fortassis in eadem causa matrimonii, ubi una parte integritas fidei conjugalis demonstrabatur, in puniendis ejusdem

dentur mihi Slavicae gentis maiores e primis patruum sedibus in Europam intulisse. Quamquam illatam subinde longe majori vindicta ulciscendi injuriam apud Slavos variarum stirpium animadverterint: Procopius Caesariensis, Constantinus Porph. Nestor Pecz' er. Helmoldus aliique Scriptores idonei; tamen mitioris quoque animi eorundem Slavorum in adversarios jure belli captos Leo Sapiens in *Tacticis* meminit. Nescio utrius partis aliquando, si non frequentius, major fuerit malitia injuriam inferentis, quam vindicantis; sed nos sublimiori doctrina erudi ti ad diligendum inimicos, nec meminisse voluerimus locorum, quibus lactentes adhuc Slavorum pueri occisi canibus objiciebantur; delictisque majorum quibuscumque gravioris ultionis ac injustae, oblivioni traditis, christiane mansuetudini operam impendamus, exemplis eorundem *sanctioribus* ad rationem Evangelii compositis induci. Porro quod attinet ad Grubisichii opinionem ex Matth. V, 43 deductam; nec originario contextu, neque ullo antiquarum Versionum exemplo probari potest lectio: quia dictum est *antiquis*; Sed absque hujus vocis adjunctione tali contextu,
qua-

violatoribus poenam foeditas corrupit, quam ex Ditmari Merseburgensis Lib. VIII, pag. 233. Prochaska Commentarii sui pag. 34. et seq. duc tam barbarem et miserabilem appellavit; ut mirum non sit, S. Bonifacium illo verborum complexu fuisse usum. Multa tamen iidem Slavi preclare recteque instituerunt, ut Arpius animad vertit, superius a me laudatus.

qualem adduxi, cuius propositio de dilectione illustratur verbis *Levit. XIX*, 18; posterior de odio *Deuter. VII*, 1 — 4. Et, ut oppositum quoque superiori proverbio adducam linguae Illyricae adagium, istud mitiori animo prolatum: *Tko tebbe kamenom, ti gnegha kruhom*; „percutienti te lapide panem „exhibe“ Rhagusanus elegans Poeta GEORGIUS FERRICH *Fabularum ab Illyricis adagiis* (CXIII)desumtarum, Rhagusae anno superiori forma 8. excusarum, numero XLI. pulchra narratione illustravit.

IV. Complura Slavonici juris antiqui fragmenta hujusmodi, et formulae adferri possent, si modum praesentis parvae commentationis excedere liceret: dabitur tamen occasio aliis vel istius opusculi locis cum singulas voces, tum Slavonico complexu junctas ad institutum pertinentes proferendi; exempli causa: *jurisjurandi* §. sequente; *de Negotiatoribus Slavonicis* infra Cap. V, ubi operae pretium erit navigiorum quoque vocabula quaedam Slavica partim obsoleta, partim adhucdum usitata, perscribere. Sed, quum multae res aliae Slavicae originis populorum, certis, solemnibus ac legitimis verborum formulis conceptae, necdum Slavonici cujuspiam BRISSONII 76) diligentia collectae habeantur; dignum foret illas exquirer-

76) *Barnabae Brissonii Regii Consistorii Consilia — De formulis et solemnibus Populi Romani* verbis Libri VIII. *Parisiis apud Sebastianum Nivellum — M.D.LXXXIII. fol.*

rendi studium, cui omnem operam Slavophilus quispiam impenderet, intenderetque nervos, ut senescens jam, et intermortua veterum Slavonicarum formularum memoria renovetur, ad urbanitatem dialecti *communis* ac *litteralis*, ejusque copiam integritati restituendam necessaria. Profecto difficilis opera fuerit, ut ipse Brissonius initio Libri I. ad Cl. V. rūm Philippum Huraltum scripsit, veterum formularum populi Romani memoriam renovare; difficilior tamen foret industria philologi ab oblivione silentioque vindicare contendentis monimenta veterum formularum Slavonica: quod serius et rare maiores nostri, universim spectati, litteris mandaverint Slavonice olim conceptas solemnes jurisprudentiae formulas, quae ad Brissonii Lib. II., III., IV., V., VI. et VII. pertinent. Fuerunt Viri apud Bohemos et 77) Moravos Slavicae antiquioris Jurisprudentiae adeo gnari ac studiosi, ut Jura et Consuetudines Bohemiae ac Moraviae ab oblivione vindicaturi patria dia-

77) Jam equidem Nestori Pecz'er, socii (Αρχιπέτου) Moraworum dicti sumus; et nostri, cum primis rei litterariae Scriptores: Bohuslaus Balbinus in *Bohemia Docta* de Eruditis Moravis identem egit; Adauctus Voigt *Acta Litteraria Bohemiae* ac *Moraviae* nominibus inscripsit; Faustinus Prochaska Commentario suo titulum praefixit: *De Saecularibus Liberalium Artium in Bohemia et Moravia Fatis.* Horum exemplis, et amici mei Drobowskii (Litterarisches Magazin von Böhmen und Mähren) in Volumnibus meis Moravos nostris Scriptoribus adnumerabo.

dialecto conscriberent. Andreas enim de Duba auctor MSti Ambrasiani jam saepius laudati imperante Carolo IV. Caesare ac Rege nostro Supremi Judicis munere functus, ut ipse fol. 78. ubi Wenceslao Romanorum et Bohemorum Regi Jus Provinciale inscribit, profitetur: *suam Jurium Bohemiae memoriam* 78), quae a multis antiquis Proceribus patriae jurisprudentiae amatoribus, atque diuturna officii administratione, usuque didicerat, litteris commendasse, ut ne venerenda haec *Jura et Provincialis Ordo* parem cum selectute sua lapsum e memoria hominum sortirentur. Eadem ratione STIBORUS 79) de Cymburg *Jura Marchionatus Moraviae*, quum elset *Supremus*, ut vocant, *Capitaneus*, ab Episcopo Olomucensi aliisque Proceribus rogatus, dialecto itidem nostra ex memoria consuetudine firmata justo volumine descripsit. Tanta in istis duobus MStis necdum typō editis veterum formularum Slavonici Juris monumenta, cum laudato saepius vetustiori MSto Legum Russicarum Slavonico philologice passim convenientia uterque perenni

- 78) — psał sem pamiet swu giz sem od swych pdkow y od mnohych starych panuow gesto su zemie cieske misowali prawa a gstat sa mnoho let wvrzadie Sudijho naywyssijho za otcze twe y zatebe nauczil wedl a drzial — MS. fol. 78.
 79) Stiborum scribo fide MSti, et operis ejus inscripti Sadanij Prawdy a Lzi. Conf. Bohem. Doctae P. II. pag. 116. ubi Balbino scribitur Ctibor; sed in exemplari Bohemico legitur: Stibor.

enni memoriae tradidit, ut ambo apud Slavos Bohemiae ac Moraviae eadem studii laude digni sint, quam apud Romanos *Tibetrio Coruncanio* (qui *primus veterem in latentij jurisprudentiam habendi consuetudinem migravit,*) Heineccius 80) tribuit. Hanc Leges memoria 21) non vero litteris tenendi consuetudinem magis disciplinae arcani causa, quam odio Clericorum in Bohemia aliisque Slavoniarum regionibus diutius servatam fuisse ista ratione deduco: quod Andreas de Duba sribens de jure vindicandi violentiam Virgini illatam (*O Nasylj Panensem*) postquam retulisset ritum quendam veterem in actione juris, quem a quodam e Proceribus Virgo edocta 81) cuneo sinum percutiebat; tamen reliqua ad rem judicatam pertinentia litteris mandare in hunc modum veritus fu-
erit: *heic timeo scribere ultra eorum* (Pro-
rum) voluntatem. Non solum ex ritu isto,
verum etiam ex verbis Andreae huic Titulo
subjunctis laudatae legis antiquitas deducitur,
ut constet, maiores nostros hoc genus dis-
plinae non ita neglexisse, prout Scriptores
nonnulli 82) sive defectu melioris notitiae,
sive malitia et odio inducti, contra Slavorum
gentem scripserunt. Tanto enim majoris ca-
lumniae, et minoris auctoritatis verba sunt

Sa-

80) Conf. Antiq. ejus laudatae §. XLIII. in Prooe.
mio ad Instit.

81) Conf. ea, quae supra ex diversis auctoribus
laudavi de ista memoriae disciplina.

82) De his dignus lectu est Voigtius Dissert. sae-
pius laudatae pag. 22. et sequentibus,

Sacerdotis J. B. *Aubani*: „Nullae genti (Bohemae) leges sunt, nulla sanctiora instituta. „Quod libet licet“ — quanto major est simplicitas veritatis in sublimioris ordinis et magis gnari rerum Slavonicarum Viri Messeburgensis Episcopi testimonio antiquiori Lib. VIII.: *Slavis multae consuetudines variae et quamvis durae, tamen interdum sunt laudabiles.* Et, quanto plures antiquioresque Aubano habemus Leges 83) non tantum criminibus et vitiis, verum etiam delictis minoribus corrigendis cum Latino sermone, tum etiam propria Slavis Bohemiae et Moraviae dialecto scriptas. Sed istae ad institutum praesentis commentarioli non adeo pertinent, sicut antiquissimarum fragmenta Legum Slavonicarum, in quibus vitae humanioris studia observantur certis 84) idoneisque testibus: Simplicitas innocentiae in reddendis uni *Deo hujus universitatis domino votis*, et grati animi cognitionibus perceptorum beneficio-

83) Severissimas olim Slavis fuisse leges Dobnerus in Annal. Hag. observavit, praecipue P. II. pag. 79, ubi exstare dicit in Bibliotheca PP. Augustinianorum Discalceatorum Neo — Pragae codicem pervetustum mutilum, veteri Boemico sermone scriptum, quo minutissimis quibusque excessibus, qui hodie impunes abeunt, certae, eaque satis graves multiae decernuntur. Procul dubio jam antiquato illo Monasterio, Codex iste in Bibliotheca Regia servatur.

84) Procopio Caesariensi; Leone Sapiente; Constantino Porphyrog. aliisque saepius laudatis Scriptoribus.

fiorum. Pietas filialis in honore parentum et seniorum. Cura salvum servandi omnem vitae humanae socium, non tantum legibus caedem, atrocitatē ac saevitiam prohibentibus, quae crima consensu antiquissimo formularum Slavonicarum dicebantur: **глава**, **Slawa**; **Muz' KRWAW** sive **кóрвавъ**, id est *vir sanguinolentus* a plagis et vulneribus; verum etiam lege hospitalitatem praecipiente: hinc illa in adjuvandis laborantibus vigilancia, et misericordia in fovendis pauperibus 85). Non satis scio, an Ditmarus Merseburgensis in severitate disciplinae Slavorum censuram desideraverit, dum *consuetudines* eorum *quamvis duras, tamen interdum laudabiles* dixit. Licet enim illa Slavonicarum mulierum in funere mariti amoris demonstratio, quam S. Bonifacius ad commendandam in matrimonio fidelitatem epistola XIX. adduxit 86), satis indigitet, quae fuerit conjugii apud Slavos eo tempore paganos ratio et observantia; modus tamen huic amoris disciplinae, judiciumque ligaminis morte soluti omnino defuerit aequa ac jus talem saevitiam in se exercendi. Dum apud Slavos antiquiores teste Procopio *utilitates et damnæ in commune vocari solerent*, nemo alteri quidquam furto sustulit 87); sed quam diu haec dis-

85) Conf. Helmoldus Presb. Bosov. Lib. I. Cap. 2.

Ceterum moribus et hospitalitate nulla gens honestior aut benignior potuit inveniri.

86) Nota 75) superius descripta.

87) Vid. Cosmas Pragensis, e quo Dalemilus Cap.

2. prope finem scripsit:

Tom. I.

disciplina viguerit, asseverare non possum: profecto antiquissimae leges eorum scriptae poenarum in fures et plagiarios statutarum memorias 88) continent, ut vel ipsum nomen *accusationis furti*, *Nárok*, sufficienter demonstrat. Itidem vocabulis *помошноe* et *нравы* haud obscure intelligitur: falsi testimonii reo poenam fuisse constitutam; veritatem vero juri dicundo ita fuisse necessariam, ut justitiae nomine *PRAVDA*, etiam *veritatis* notio comprehenderetur.

§. 3.

De Slavorum Religione antiquiori et ritibus.

Qui de Slavorum notitiis rerum ad Deum pertinentium egerunt scriptores recentiores, hi *passim* antiquiora eorum scita cum recentioribus corruptelis et superstitionibus longe majoribus confuderunt; ut nec diversi temporis, neque locorum ratione habita quidquam certae omnino fidei, et cum antiquitatibus cohaerentis protulerint; sunt nihilo minus

Ti lidé sobě wěrni biechu,
A wſſe zbožj obecno gmiechu.

- 88) Exempli gratia Cap. XIV. Legum Wladimiri:
Qui navem furto sustulerit. Item Lege Jaroslawi
§. XX. jam supra laudata: Si quis agnoverit
servum suum furto sublatum.
- 89) Conf. Faustini Prochaska Commentarius pag.
 16.

nus quidam tum allophyli, tum domestici auctores, qui 89) Procopii Caesariensis testimonio innixi, collectis quibusdam rei sacrae Slavorum memoriis, ad praesentis disquisitionis cognitionem veritati propinquiores symbolam contulerunt. I. Profecto vera D. O. M. idea tardius videtur apud Slavos in propriis sedibus 90) antiquis corrupta fuisse: quum Procopius Caes. cui de Slavorum sacris aequae ac sedibus propriis constabat, nihil de duobus principiis boni et mali memoraret; nihil etiam ex contextu verborum consequenti elici possit, quod vel minimam speciem praeseferat insanae hujus religionis apud Procopiani aevi Antas et Slavinos. Imo contrarium argumentum deducitur ex illis Procopii verbis: *cum sibi vel morbo correptis vel praelium ineuntibus cet. 91)* et ex praecedentibus istis: *Unum enim Deum, fulguris effectorem, Dominum hujus universitatis solum agnoscant — ut expenso verborum complexu integro potius constet, Slavorum majores fuisse cultores illius religionis, quae est unius Dei ac Domini omnium visibilium et invisibilium auctoris et gubernatoris solius, bonorum largitoris et malorum vindicis, qui possit a morte jam admota liberare; cujus sanctitati non possit imputari malum culpeae*

Y 2

92)

90) Comes Grubissichius Dissertationis suae *in orig. et histor. Alphab. Sclavon. Glagol.* pag. 50.

91) Conf. verba Procopii in contextu sub principium Capitis.

92); sed qui juste valeat nos punire poenis
 93) *hujus et futuri saeculi*. Haec sunt purioris
 tantisper antiquae Slavorum religionis dog-
 mata, ex traditione, ut opinor, stirpis Ja-
 pheticae majorum accepta, minime cum pe-
 regrinis superstitionibus confundenda, post-
 quam Slavi variis regionibus divisi veri unius
 Dei cultum sive aliarum gentium erroribus,
 sive novis opinionibus propriis corrupissent.
 Quod attinet ad illa Procopii verba: *Prae-*
terea fluvios colunt, et Nymphas, et alia quae-
dam numina — circumscriptio 94) mihi vide-
tur else illius gentilium erroris, de quo Apo-
stolus ad Rom. I. 21: Quia cum cognovissent
Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut
gratias egerunt; sed evanuerunt in cogitationi-
bus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum.
 Necdum tamen Saeculo VI, ab illis antiquo-
 ribus Slavis gloriam incorruptibilis Dei, in
 similitudinem imaginis corruptibilis mutatam
 fuisse, memoriae proditum invenio. Nihil
 enim de simulacris, nihil de delubris eorum
 Procopius commemoravit, sacrificiorum tan-
 tum memor, ea breviter sic descriptis: *bo-*
ves, et cuiusque generis hostias immolant. —
et inter sacrificia conjecturas faciunt divi-
nationum.

II.

- 92) In quem enim modum quivissent eum ut justum
 vindicem malorum invocare?
- 93) Vid. infra numerum IV. sub medium.
- 94) Ita quidem ego puto, non ad excusandum er-
 rorem illorum; sed quod mihi ratio Apostoli his-
 toriae Slavorum conveniens videatur.

II. An Ministros Sacrorum diversos a reliquis civibus Slavi antiquiores habuerint, nullo indicio Procopius prodidit, nec ego ausim, certis (quod ad aevum illius attinet) monumentis destitutus, quidquam de illis asseverare, vel nomina eorum proferre. Ab Interpretate Slavo Melchisedech *Sacerdos Dei altissimi Gen. XIV, 18.* redditur *священникъ* (sine titulo honoris — *священникъ* scribitur); itidem *Sacerdos Madian Exodi II, 16.* *Sacerdos* vero *Heliopoleos Gen. XLI, 45.* interpretatur *жрецъ*; filii Aaron *Sacerdotes*, itidem *жрецы* redunduntur. Horum vocabulorum discri-
men Slavino- etymologicum in eo situm est, quod priori voce intelligatur *ἱερεὺς* seu *sacerdos*; altera *victimarius* aut *popa* 95) a verbo *жертвъю*, unde *жертвеникъ*, contracte *жрецъ* ab *immolando* dictus. Sed in N. T. *Sacerdotes Dei et Christi Apoc. XX, 6.* non interpretato nomine Graeco *ἱερεῖς*, sola inflexione Slavica dicuntur *иерей* *ЕГ8* и *ХРТ8*; *Sacerdotium* vero *I. Pet. II, 5.* *предество*. Fortassis illud *священникъ* omnium antiquius est; quod hujus originationis verba apud omnes Slavos variae significationis usum obtineant, in quibus notio rei sacrae aut sanctae, et parva commutatione τ8 A cum ꙗ, luminis, nitoris, splendoris, ac mundi etiam continetur; et hac extensione significatum antiquitatem prodit. Recentioris Procopio aetatis pagani
Sa.

95) Conf. Antiquitatum Romanarum Compendium Nieuportii pag. 203; *hostia ad aras adducebatur a popis*, qua voce usus est Propertius. L. IV. Eleg. III. v. 62.

Sacrorum ministri ad institutum meum non pertinent: et sunt nonnulli Scriptores, qui de illis tractarunt, quos infra laudabo.

III. Quibus ritibus; ubi locorum; an vasis peculiaribus, et quo tempore sacris operati fuerint Slavi veteres, licet Procop. Caes. nihil memoriae tradiderit; ille tamen antiquorum Russorum sacrificandi modus a Constantino Porph. descriptus P. II. de administ. imp. Cap. IX. de *Russis e Russia Constantiopolim in tribus venientibus*, tanto dignior est notatu, quo magis ad aetatem Procopii accedit; simplicitatem antiquam redolet, atque loci sacri, victimarum et oblationum genera, ritum denique sacrificii significantius exponit; de quibus singulis Imperator ita scripsit: „Hoc autem transmisso loco, ad „S. Gregorii insulam appellant, ubi propter „ingentem quercum sacrificia obeunt, viventes „que aves immolant, circum autem sagittas; „alii vero panes, et carnes, aut alia prout „cuique suppetit, id enim in more habent. Sortes item mittunt de avibus; num „edere, an occidere, an vivas illas dimittere debeant.“ Condensa igitur arbor, praecipue quercus 96), deinde lucus, loci sacri rationem habuerunt; et, sicut *Templum* dicitur a *templando*, vel a *tuendo*; strictius vero: *spatium in coelo ab Auguribus definitum*; et inde jam locus Dei alicujus cultui destinatus, et ab Auguribus consecratus; unde *Tempa au-*
gu-

96) Ita enim paſſim perhibent, qui de diversis stirpibus Slavorum egerunt.

gusta Romanis dicebantur: ita quoque locus sub ingenti queru, defixis circum sagittis cultui divino consecratus, quod praeterea arboris procerae et foliis majoribus densioribusque vestitae protectioni aptior esset, dictus est χράμα, χράμ vocabulo, ut equidem ego ex archaeologia deduco a verbo χρανάю (an potius a χρανάмъ? veteri *Albo-Chorvatica* forma, nunc Boh. *chránym*, tueor, custodio; unde nobis dicitur *ochrana* præsidium, tutela: quod arbores etiam nostris majoribus domus loco fuerint), quod non solum *Templum*, verum etiam domus alia in Scripturis Sacris subinde redditur, ut III. Reg. VII, 21: *бо́гламъ храма — в сýнечь храмове*; istud terminatione — *ина* auctum nomen *храмина* significatu *domus* alioqui notum est. Nec mirum sit, Slavos condensam quercum, aut nemus cultui divino destinasse; quum Genes. XXI, 33, scriptum habeamus: *Abraham vero plantavit nemus 97) in Bersabee, et invocavit ibi nomen Domini Dei aeterni*; cuius versiculi (liceat heic isto diverticulo uti) Slavonica interpretatio critica observatione vel ideo dignissima est, quod in ea continetur classicus locus demonstrationis, Versiōnem Slavonicam ex archetypo Graeco traductam fuisse: quum enim tres lectiones in isto versu 33, LXX. Interpp. a Vers. Vulg. Lat. diversae inveniantur, nimirum: 1, ubi pro αγρεχν, Vulg. Interp. ex Hebraico שָׁנָה ver-

97) Heic mihi videtur specimen esse illarum emendationum in melius factarum a S. Hieronymo, dum is a Septuaginta Interpp. recedit.

vertit *nemus*; 2, Vulg. nomen loci proprium *Bersabee* non interpretatum posuit; Interpp. Alexandrini reddiderunt επι τω φρεατι τω δρκς; 3 denique in diversitate casus ubi Vulg. habet *Dei aeterni*, isti Θεος αιωνιος posuerunt. Slavus Interpres editionis Ostrogensis ita vertit: И на́рка (Mosquensis 3, на́сади), Явра-амъ нíкы (Mosq. нíк8) оу́ кла́да за́ кла́твен-на́го, и призка́ т8 йма Га́а, Бга вѣчна́го. Primae atque secundae lectionis interpretatio archetypum Graecum exprimit, licet exempli Ostrogensis Interpres maluerit uti verbo *seminandi* pro verbo *plantandi*; in tertia vero lectione utriusque exempli versio convenit cum Vulg. Interp. casu genitivo. Sed, ut e diverticulo in viam redeam, Slavonici antiquioris loci sacri constitutio convenit cum illa nemoris Patriarchalis ratione, non vero cum *luco*, qui Versione Slavica Агра́ба redditus Deuteronomii Cap. XVI, 21, prohibetur, et ratio praecepti negativi e consequenti versiculo eruitur: nam Isaiae XVII, 8. luci et delubra simul ponuntur, Агра́бы — мѣрзости; versu autem 22, Cap. Deut. mox laudati vox капище, qua etiam delubrum templum profanum significatur, си́лы designat. Quas inter sacrificia conjecturas divinationum fecisse Slavos Procopius memorat, nec illas vocabulo prophetiae пророчество, проро́чиј; neque divinum seu vatem eorum nomine прорóкъ, per id tempus appellatum fuisse dixerim: quod mihi videatur istud, a quo alterum est derivatum, ex Graeco vocabulo προφήτης etymologice redditum else: sicut enim a praepositione προ, et verbo φαω, φημι, dico illud formatum est; ita Slavonicum

cum *Prorok* ex eadem praepositione προ, *pro*, et verbo *rku*, *ሩകු*, *ሩස්*, *dico*, *dicere*, compositum est; non equidem prius, ut ego arbitror, quam Slavi Christianis institutionibus erudirentur. Tum eam quoque ob causam id serius factum fuisse puto, quod in Versione Slavonica variis divinationum generibus addicti homines, nominibus propriis vaticiniorum designentur: ut Levit. XX, 27, εγγεῖοντος, ventriloquus redditur Slavonice ψευδοεπίκηπτος; επαοιδος, *incantator*, *magus*, *hariolus*, interpretatur волшебникъ, cuius protestatis est verbum волхвю, *incanto*, *divino*, *auguror* unde волхвование, *incantatio*, *magia*, ceteraque hujus modi nomina. Bohemis laudato Cap. *pythonicus vel divinationis spiritus*, dicitur duch čarodějny, neb wěstj; unde wěstec, wěstkyňe, antiqui usus nomina vatum viri et feminae; procul dubio a Slavonico verbo εκφάω, *enarro*, *loquor*, *anuntio*, ingenuae Slavinitatis τε ψ per ωτ=στ enuntiatione. Nec Dalemili exemplum opinioni meae de recentiori usu vocis *prorok* adversatur, qui de *Libussa* vate Bohemica 98) ita scripsit Cap. 3. versu 11.

Libusse prorokynie biesse

Ta wſſecku ſzemi ſudieſſe.

Poterat enim is Saeculo XIV. isto nomine *prorokyné* abuti; sed vel ipse rhythmographus Cap. sequenti sub finem, ubi *Libus-ſam* suis divinationibus confisam ait, apto his paganae superstitionis incantationibus vocabulo utitur:

Lis

98) Confer. saepius laudatum Commentarium Faustini Prochaska pag. 8.

Libusse se na swē wěsstby zpustj.

Igitur wěsstba idonea vox est usui ad significandam divinationem, eoque perceptu facilior, quanto magis potestas illarum wěsstec et wěsstkyně noscitur. Etiam *augurii* proprium nomen majores nostri habuerunt, quod in fragmento *Passionalis Bohemici Bibliothecae Vindobonensis Palatinæ* versu 5, ita servatum est:

Jemus ne zyteklo pokobie

Heic vocabulum casui recto *koba* restitutum, quo significatu sumi debeat, post variam disquisitionem Cl. Dobrowsky medocuit collatione dialecti Illyricæ Dalmatarum, quibus *glà koob, malum augurium, dòbra koob, bonum augurium* dicitur; ut della Bella notavit ad Ital. voc. *Augurio*, et suo loco melius exponetur. Hac itaque collatione dialectorum, et forma dupliki koob vel *koba*, probatur antiquitas et proprietas vocabuli apud nos Bohemos jam antiquati: nam Ecclesiastici XXIV, 5, *ptakopravecstwј lžiwa, auguria mendacia* redduntur; et, neque in Versione Slavica Mosquensis tertiae editionis laudato loco illam invenio, ubi vocabulo *ѡраѧнїѧ, οιωνισμои* significantur; Numer. vero XXIII, 23. *οιωνισμои* alia voce *вражка* exponitur. Sed ab illa superstitione ac divinationum errore pagano ad melius argumentum Slavicae religionis transeamus.

IV. Mallem! potius memoriae quidpiam Procopius Caes. prodidisset, quid Slavi veteres

teres de immortalitate animi senserint, quam de forma corporis inter se non differenti, quod essent omnes proceri et robustissimi; scriptum ab eo testimonium legere. Hoc silentio illius aliorumque consequentium auctorum factum est, ut recentiores quidam rerum Slavonicarum scrutatores, qui de disciplinis in primis philosophicis bene meriti sunt 99), heic recurrerent ad *suprema officia mortuorum*, *apparatissima pompa*, *talique ritu celebrata*, *qui valere, nisi apud eos, quibus superesse aliquid hominis post mortem certum foret, non potuerit*. Cura igitur et memoriae mortuorum apud plerasque Slavorum stirpes 100) etiam domesticis exemplis quum nobis cognitae sint; Ditmari traditio Chron. Lib. I. de Slavorum omnia cum vita finiri statuentium errore minorem gentis partem spectat: neque mirum sit, quum etiam inter Judaeos secta Sadducaeorum fuerit. Sed non tantum ista e supremis officiis deductione, verum etiam argumento certi monumenti Slavonicis verbis descripti, demonstrare valemus: Slavis Russiae nondum baptizatis certum fuisse, non omnia cum vita finiri, sed superesse aliquid hominis post mortem. Quamquam ipsi, ut
mox

99) Ejusdem auctoris Comment. intelligo, in quo ille a pag. 1. usque ad 37. *de disciplinis Slavorum in primis philosophicis* egit.

100) Ueber die Begräbnissart der alten Slawen überhaupt, und der Böhmen insbesondere — von Joseph Dobrowsky — Inter Dissertationes Bohemicae Societatis Scientiarum A. 1786. pag.

mox patebit, in hac spe *futuri saeculi* de immortalitate animorum non satis pure senserint, tamen apud gentem ratione tantum in officiis vitae humanae ductam ista philosophiae illorum pars de Deo omnium Rectore violatores pacis juramento firmatae *in hoc saeculo et in futuro* puniente, admiratione digna est. Hujus rei omnino gestae ad annum Christi DCCCCXLV, pertinentis, meminit Nestor Cryptarum Kiewiensium Monachus Legationem describens causa pacis firmandae inter Magnum Ducem Russorum Igorem et Graecorum Imperatorem. Heic Nestor pag. 39. de Nuntiis et Negotiatoribus nobilioribus, qui гости appellantur, agens, et legationis negotium verbis Nuntiorum describens, quosdam illorum baptizatos fuisse, alios vero non baptizatos memorat. Formula perennis futurae pacis in hunc modum expressa: на вся лѣта, дондеже солнце сяєтъ, и весь миръ споитъ, *in omnes annos, quousque sol splendet, et totus mundus consistet;* inducit postea quempiam loquentem: „Qui cogitaverit ex „parte Russica, violare tale foedus amo- „ris, quicunque eorum baptizmum suscep- „runt ex parte Russica, suscipiant vindic- „tam a Deo omnipotente condemnationis in „perniiciem in hocce aevo et in futuro: et „quicunque illorum non sunt baptizati, non „habeant auxilium a Deo, nec a Peruno; „non protegantur clypeis suis, occidantur „ensibus suis, et sagittis atque aliis armis „suis; sint servi in hoc saeculo et in futuro“ въ сій вѣкѣ и въ будущїй). Haec igitur postrema verba in hoc et futuro saeculo servienda servitutis haud obscure innunt, etsi

rudem, tamen aliquam persistentis post mortem animi eos habuisse ideam.

Jam superest, ut ex eodem Nestore de Juramento Slavorum quidpiam adferam. In firmando seu renovanda veteri pace, quotquot hujus legationis Russi nondum baptizati aderant, pacis articulos omniaque in charta (seu membrana) descripta jure jurando firmaturi deposuerunt scuta sua, et enses suos nudos, et arcus suos et reliqua arma. Identidem Magnus Dux Igor pacem confirmatus fecit in monte, ubi stetit figmentum Peruni. Juramentum heic a Nestore vocatur *Клятва*, item *poma*; quarum vocum priori, *Bladba*, Bohemi nunc exsecrationem publicam significaturi utuntur; alterius vocabuli usus an apud nos unquam viguerit, ignoro; in Legibus Jaroslawi Vladimirowicz' exstat §. X. Voigtius arbitratur vocabulum *Juramenti Přísaha* Bohemicum esse (101), cuius ety-

(101) De spiritu Legum Bohemicarum §. XIII. pag. 90. num. VII. et nota (i), ubi sub finem pro T. III. Germaniae mediae Pauli Hachenbergeri laudatae, poni debebat Dissert. III. de Legibus veterum Germanorum; heic enim Paulus, §. et pag. recte citatis, egit de diversis ritibus, quibus Sacramentum dicebatur. Quod vero ad illam Bohemicam et Moravicam consuetudinem juris-jurandi attinet, conferantur *Jura Primaeva Moraviae* editionis Benedictin. Rayhradensium pag. 84. et Cl. Monse Uiber die ältesten Municipal-rechte der königl. Stadt Brün pag. 61. Titel de Juramentis. Olmütz 1788. 8.

etymologica significatio *Contactum* significat: quia jurans crucem Salvatoris nostri in ea pendens indice et medio digito tangebat; quo ritu jam satis constat, vocem hanc non esse repetendam ex gentili Slavorum aevo, sed a Christianis jurisjurandi consuetudinibus 102) deductam. Sed neque Bohemica solum vox illa est, etiam Slavonica litterali auctoritate, atque Russicae dialecti consuetudine nititur: nam *присяга*, *juramentum*, et *прися-
гаю*, *juro*, Slavonicæ itidem urbanitatis verba sunt; Russi quoque iisdem vocibus et eadem orthographia *присяга*, *присягаю* utuntur. Imo Illust. Glossematum Slavonicorum Interpres ad Legem Jaroslawi §. X. nota (o) antiquius juramenti vocabulum ita exposuit: *Рота*. *Присяга*, крестное *цѣлованіе*, *juramen-
tum*, *crucis osculatio*.

Quamquam pauca sint antiquioris hujus Slavorum religionis momenta, quibus Procopii Caesariensis contextum ad praesens institutum pertinentem auctoritatibus historicis illustrare conatus sum, tamen vel istis speciminibus comprobari potest, eos vehementer falli, qui rerum Slavonicarum minus peritis persuadere conantur, illorum scientias ad solam simulacrorum notitiam referendas esse: nam, qui altiori aevo vixerunt Sla-

102) Ob laudatum consensum trium dialectorum conjectura ducor: vel hanc vocem *Prjsaha*, *присяга* Christianam Antecyrillianam else; vel omnino eam Bohemi ex Cyrillicis institutionibus acceperunt.

Slavi, simulacra et delubra non habuerunt. Longius aevum humano quoconque perennius etsi probare non valeam, an potuerint significantius diversa quadam voce designare Slavorum originarii majores; illa tamen longioris temporis ultra praesentis hominum vitae finem producti circumscriptio: вѣ^{бъ} бу-
дущій вѣкъ *in futurum saeculum*, satis innuit, notionem persistentis soluto corpore animi aliquam habuisse. Id vero tanto verosimilius, quanto magis constat; illam superstitem substantiam Slavis omnibus, antiquissima originatione a *spiritu Ахъз* deducta, vocabulo Ахъз etiam nunc appellari; nulla enim huic vocabulo inest κακογλòια gentilis, quae nostros primos Interpretes Scripturarum Sacrarum ab usu illius nominis prohibere potuerit. Sed Philosophiae Slavorum popularis specimina Cap. XXII. Vol. IV. proferre conabor; et quaedam jam dedi Cap. II. §. 1.

§. 4.

De antiquiori disciplina Slavorum privata, et de re militari eorundem.

I. inter pauca disciplinae Slavorum privatae momenta, quae Procopius aliud agendo heic breviter descriptsit, observatione dignum est genus habitationis majorum nostrorum: nec enim adeo barbarum id fuit, ut quidam existimant; licet angustum esset pro praesenti necessitate in angustia temporis, maxime sub initium novae cujuspiam coloniae; has enim Saeculo V, et potissimum

mum VI, ductas fuisse omnino certum 103) habemus in memoria *Coloniae Chorwatorum* ducibus illis quinque fratribus et duabus sororibus, *una cum suis populis in Dalmatiam perductae*. Quid itaque mirum? si explorata silvestris novarum sedium regionis aptitudine in arvorum formam redigendae, expediendi rudis agri rationem magis, quam aedium curam habuerint; interim *tabernaculis* 104) contenti *silvestribus* majores nostri.
Ma.

103) Auctore Constantino Porphyry. P. II. Cap. 30. De Themate Dalmatiae. Vid. supra specimina vocabul. Saec. VI — IX. pag. 154. item pag. 291, et sequ.

104) Ita Hagek populari nostra dialecto primum genus habitaculorum coloniae Czechicae appellat *Bandy lesni*, cuius generis tabernaculum Slavo Interpreti dicitur *кваша*, quod idem est cum *шалашъ*; exempli gratia Deuter. XXXI, 10, solemnitas (*ёорти*) tabernaculorum redditur *праздникъ квашей*. Sed classicus, ut ita dicam, locus vocabuli est Gen. XXXIII, 17: *іаков же прийде въ сохотъ и постави си къ храминъ и разки кваш скотъ и нарече имъ мѣстъ томъ сохотъ сирѣчъ станъ*. ita Ostrog. editio. MS. Z'erotinianus Cod. Bibl. Palat. Vindob. Atakov přisel gest do sochot kdežto vdielav dom arožepnuw stan nazwál gest gméno miesta toho sochoth to gest stánoue. Vocabulo *шалашъ*, seu Moravica enuntiatione, ut Amos Comenius in Indice vocabull. notavit Saláš, et titulo XXXV. de pecuaria 411. mapalia — *Salasse*, proprie significantur tuguria pastorum pascua more Nomadum in Circulo Hradistensi et Prerowiensi

Mature nihilo minus post cultorum novalium curam relictis silvestribus tabernaculis, vel ipso jam Procopii Caesariensis aevo, in stabilibus casis maiores nostros habitasse, juncta philologicis rationibus historia probabo; imo demonstrare conabor proprium Slavis Russiae atque Bohemiae casas, atque urbium domos aedificandi genus populari antiquissimoque vocabulo *ρῆγεν*, *Scrub* denominatum fuisse. Sed, ne quis velut parva historiae Slavorum litterariae momenta spernat voces ad angustum et mobile habitationis genus significandum pertinentes, quod in his ad rationem etymologiae rerumque gestarum reductis ad cognoscendos Slavorum mores haud parum subsidii contineatur; dedi operam investigandis *tugurii*, *tabernaculi*, *tenantorii* et *casae* rusticae vocabulis, ut rescirem, in quem modum illa Slavus Interpres reddiderit e contextu Graeco: et quae vocabula dicti generis in nostra dialecto Bohemica et Russica usum obtineant interpretandis nominibus laudatis idonea. Itaque ad Versionem Slavonicam quod attinet, vocabulum σκηνή istis nominibus in Versione laudata editionis Ostrogensis et Mosquensis tertiae redditur: κέρα, κέλενη, κένη, κάνζ, κύνη; horum primo plurimum utitur Slavus Interpres; ultimo, iis locis, ubi sermo est de tabernaculo, quod Moyses erexit juxta exemplar sibi monstratum in monte, Exodi XXVI.; heic enim atque alibi, exempli causa Epist. ad Hebr. IX. frequentius occurrens vocabulum

σκην-

subinde mutantium, qui serum lactis medicatum, žinčice nuncupatum, conficiunt.

Tom. I.

Z

σκηνη sensu praefato, non interpretatum, et sola declinatione Slavonica inflexum σκηνια, σκηνи — dedit. Jabel Gen. IV, 20, (Іовна) dicitur ὅπις ζωβδυιχъ въ селениихъ скотопита-
телей; Versio Cod. Z'erotiniani Bibl. Palat. Vindob. in tentoriis reddidit: въ stanechъ Exodi XXVI. Stanek. Exodi vero I, 11. ubi Lat. Versio differt a LXX. Z'erotin. Cod. vocem Vulg. tabernaculorum reddit: прѣбѣт-
ковъ; Slavus Ostrog. et Mosquen. suum archetypum πολεις οχυρας expressit: грады твер-
ды. Luc. IX, 33. σκηνας τρεις — Mosquen. reddit σκени тры; porro Ostrog. Gen. XXXIII. in fine vers. 17. ponit станы, Mosquensis vero κδы, etiam heic, ubi Ostrog. non interpretatum Hebraicum τοχότz Isai. I. 8. Ostrog. γакъ κδыа въ виноградѣ и гако стражка во овоши; Mosquen. vero postremam partem reddit: — и гакъ овощное хранилище въ вертоградѣ, juxta Hieronymum in Epist. ad Sun. et Fret. Specula, quam custodes satorum et pomorum habere consueverunt; ubi LXX. Hebr. מִלְגָה verterunt οπωροφυλακιον. Z'erot. MS. Cod. гако stanek на vinnicy а гако chalupa на ty-
kwiſſti. Edit. comm. гако stinidlo на winnicy а гако bauda на wokurkowisſti. Σκηνος, vero II. Cor. V, 1. Ostrog. et Mosqu. recte corpus reddit 105) Ἄψε ΖΕΜΗΑ НАША ХРАМИНА ТЕЛЯ

га-

105) Conferatur Nov. Thesaur. Philolog. in LXX. Interpp. collectus a Cl. Biel. voc. Σκηνος, ten-
torium, tabernaculum, it. corpus. Sap. IX, 15.
το γεωδεις σκηνος, terrenum corpus. Similiter
Plato corpus γῆνον σκηνος appellavit, ut ex Cle-
mente Alexandrino Strom. I. V. p. 593. obser-
vat Cl. Alberti ad II. Cor. V. 1. Slavus Inter-

разоритъ. Casas Sap. XI, 2, Boh. Versio reddit: *čhalupy*; Slavonica vero sui archetypi σκηνας vertit κάθηση, itid. Cod. Z'erotin reddit *stany*. Illo vocabulo Russi quoque utuntur, nostri nescio an unquam usi fuerint; adhibent autem plerumque vocem *stán* *tentorium* dicturi, casas vero *čhalupy* appellant; speculas custodum rei rusticae ac hortensis, aut pastorum tuguria, nominant *baudy*, quae facile loco moveri possunt. Vocabulo *čhalupa*, usus antiqui apud Bohemos, aliud habitationis genus intelligi, quam voce σκηνη designetur, demonstrant Luciani verba in Herodoto sive Aetione Raitziana edit. Tomo I. pag. 837 — και σκηνας και καλυβας — quorum priori tabernacula, altero casas auctor significat, ut nostra vox *čhalupa*, observata mutationis litterarum Bohemica consuetudine: κ in ϕ; β in p; υ in u, et η finali in α Dorica similitudine, eandem originationem ac potestatem custodiat, quae in vocabulo καλυβη continetur. Eodem nomine Procopius Caesarien. heic utitur, Slavorum vile genus habitationis describens, quo certe non tuguria silvestria, sed stabiles casas rusticæ intellexerit, quas noster Hagekus appellat *Srub*, (singulariter *Srub*, a verbo *срубити*, quod Nestor Pecz'er. adhibuit de Kurico narrans, eum civitatem, seu cas-

Z 2 trum

pres heic equidem σκηνους reddidit τέκλα, corporis, Fratres Bohemi: Земскého přebýváníj stánek; sed illo Sap. loco vertit Ostrog. ЗЕМНОЕ житie; Mosquensis: ЗЕМНОЕ жилище; Boh. Vulg. земскé obydlij; Z'erot: zemský přebytek.

trum ligneo aedificio construxisse : 108^{ки}
 градъ) id est domos e tignis incastratura 106)
 in extremitatibus ad compaginandum apta-
 tis, seu ferramento incavatis, ubi ad angu-
 los rectos mutuo sibi copulari valeant; quas
 casas rejectis tuguriorum silvestrium angus-
 tiis in regione fontibus irrigua construere,
 vicosque constituere majores coloniae Cz'e-
 chiae jubebantur. Cl. Archimandrita Raicz'
 107) illa de Slavis et Antis Procopii verba :

0178-

106) Utor heic voce Vulg. Interp. Lat. Exodi
 XXVI, 17. XXXVI, 22. 24. quam exposuit
 Mathias Martinius in *Lexico Philologico praeci-
 pué etymologico et sacro* — Francofurti ad Moe-
 num 1655. fol. Slavus interpres vocabula Grae-
 ci contextus sui archetypi: δύο αγκωνίσκες, red-
 didit: АВА Закройца (на краахъ) Mosq. 3. No-
 strae communis *duae incastratura*, dwoge wy-
 draženj redunduntur, cujus interpretationis exem-
 plum in Lexico recentiori non invenio.

107) Patrii conatus, quo Vir eruditus popularibus
 suis Slavo-Serbis Historiam variarum Slavonica-
 rum nationum, potissimum Bulgarorum, Chor-
 watorum et Serborum legendam dedit, opus to-
 tum quatuor partibus divisum ita inscribitur:
 Исторія разныхъ Славенскихъ народовъ наи-
 паче Болгаръ, Хорватовъ, и Сербовъ изъ
 пмы забвения изятая, и во свѣтъ истори-
 ческій произведенная Ioannomъ Раичемъ Архи-
 мандритомъ во свято Архаггелскомъ Мона-
 стырѣ Ковилѣ. Часть первая въ Виенѣ.
 При б. Г. Стефанѣ Новаковичѣ въ Славенно-
 Сербской - Привилег. Типографіи. 1704. —
 Partes reliquae 1795. Ibidem apud eundem 8.

οικεστι δε εν καλυψαις οικτραις reddens: εν κομι-
βαχ̄ живутъ худихъ, voce колиба paulo ali-
ter mutata, quam sit nostra *čalupā* utitur
quidem, sed non eodem sensu potestatis, ut
ego arbitror: quum Theodoro Polycarpow
колиба idem sit cum σκηνῃ, seu κάψῃ, vel
шатерѣ, Archimandrita vero ista voce, sed
alterius declinationis, utatur §. 8. asseverans:
non inventis apud Slavos civitatibus, viciis,
ac villis, eos habitasse in tabernaculis itidem
ac veteres Israelitas et modernos Tataros;
quod equidem lubens admiserim, si antiquis-
sima tempora, vel initia coloniarum specten-
tur: de Procopii tamen aevo, quia civitatis
NOVIETUNENSIS Slavonicae memoriam auc-
toritate Jordanis 108) tenemus, atque ob ra-
tiones jam superius adductas, adeo incultum
ac rude habitationis genus intelligi non potest.
Neque Maurourbinus Procopii temporum
testis est; sed ut alius quisque recentior Scrip-
tor tantum valet, quantum auctoritate fidei
historicae monumentorum probat. Hujus rei
causa Procopii adverbium πολλω de habita-
tionis loco a Slavis non frequenter, sed sub-

in-

maj. Illa Procopii verba refert Cl. Raicz' Parte I.
Lib. I. Cap. V. §. 10. pag. 60. §. 8. pag. 57.
Raicz'ianae opinionis verba sunt: Градовъ, ве-
сей, и сель у нихъ необрѣпаемъ, но пре-
бывали они въ шатрахъ своихъ.

108) Confer. Jordanis contextus saepius laudata
pag. 11, ex MSto Bibl. Palat. Vindobon. a me
descriptus, et quod attinet ad meliores hujus an-
tiquissimi Codicis membranei lectiones, a Cl.
Schwandnero impense commendatus.

inde, nimirum deductionis coloniarum causâ mutato, malim cum Procopii latino interprete Claudio Maltreto praeter Stephani animadversionem ideo reddere, quod frequens commutatio locorum non bene cohaereat cum disciplina rei rusticae, cui Saeculo VI, et VII, variae Slavorum stirpes adeo addicatae fuerunt, ut silvestrium regionum ab eis in arvorum formam redactarum in Austria diplomatica habeamus Saeculi VIII. testimonia. Sed fortassis diligens Archimandrita §. 10. ubi auctoritatem illam Procopii refert, prosequiorum temporum ratione vocabulum *ко-либа* potius quam *шамерб* adhibuit, ut viles quidem, quas nos *чалупы* vocamus, attamen casas rusticas exprimeret. Apte Cl. Dobnerus P. II. Annal. Hag. de *villis antiqui operis Slavorum Bohemiae* 109) adnotavit: „Quandoquidem auctores quique res Slavorum „Hunnorumque adhuc Saec. VI, et VII. tan- „stopere deprimunt, ut nihil splendoris ele- „gantiaeque seu in aedibus seu supellectili „eluxisse, imo sorditiem omnia foedasse scri- „bant, libet heic ex Prisco et Jornande quae- „piam de Attilae aula excerpere, ut Slavo- „rum inde res conjici possint; quandoquidem „Procopius eos potissimum Hunnicam consue- „tudinem servalse memorat.“ Sed nobis in praesentiarum sufficiet attigisse elegantiam vici Attilae ad instar civitatis amplissimae a Prisco in Excerpt. Legat. et Jordane de rebus Get. Cap. 34. descripti sive quod attinet ad maenia ex trabibus nitentibus fabricata, tam-

tamque solidae compaginis, ut vix ab intento posset junctura tabularum comprehendendi; sive quod spectat ad nitorem aedificiorum partim ex tabulis sculptis, et eleganter compactis, partim ex trabibus opere puro, et in rectitudinem affabre dolatis et politis, interjectis lignis ad tornum elaboratis extructorum, et certa proportione atque mensura compositorum. Nemo fortassis erit, qui putet, Attilae domorum elegantiam ex laudatis auctoribus descriptam, a me ornandis veterum Slavorum casis heic adferri; sed, ut *castrum градъ*, *градъ*, твържда, *Tvrz*; тънъ, *Tyn* seu *Teyn*, ac *дворъ* 110) *Dwür*, *villa*, *aula*, sedes *Z'upanorum majorum*, si non ejusdem omnino elegantiae, certe tam firmi operis probentur aedificia: nemo enim historiarum et antiquitatum Slavicarum paullum gnarus id facile negaverit; licet recentior architectandi norma, magis vero aliae malae artes furorque hominum plures rei Slavicae me.

110) Vocabulum hoc polysemum antiquae Slavinitatis esse isto quoque posteriori significatu, constat ex legibus Jaroslawi §. XII, ubi — *прай-дѣтъ* — *на дѣрѣ*, ut Illustriss. Interp. animadvertisit, nota (ε) per excellentiam Aula Principis intelligitur; ubi altioris judicii et jurisdictio-
nis locus erat; et §. XXII, verbis: *тѣ вѣстї на
княжь дѣрѣ*, significantius exprimitur. Imo in civitate Novogradensi nomine Principis Jaroslawi nuncupata domus sive aula, erat unicus omnium judiciorum locus, ut idem Auctor adnotavit nota (ε), et pag. 6, nota (ε) pluribus verbis ex-
posuit.

memorias deleverint. Nominum tamen istorum ingenii Slavici consensus, veterem architecturae popularis consuetudinem ita conservat, ut eo communi Nestoris verbo **съе-
кити aedificare**, proprie nonnisi *junctis trabibus aedificium construere*, actionis notio signetur. Optime hoc structurae genus Bohemo-Slavice noster Hagekus descriptsit 111); suntque plura istius verbi **raubiti, sraubiti**, necdum apud nos obsoleti, derivativa simplicia

111) Folio IIII. — Fázali les posékati, a znieho dřewienné Sruby dielati. — aby Baudy lesníj opustice Sruby na místech přehodniegých při wodach hlaweli, a gedený k druhým aby přispogowali, a tak Wsy sobie stawiali — fol. VI. Žrad z Srubuow hlinau oblepených postawiti. Consensus vocabuli Srub cum Nestoris verbo **съе-
кити градъ**, aliaeque voces antiquae Scriptoris nostri convenientes cum Slavonicis, et Russicis vel jam obsoletis, vel adhucdum usitatis, utinam nostrum aliquem Slavicae litteralis dialecti ac Russicae non ignarum popularem laboris patientem inducerent! ad exquirendum et colligendum laudatae trium testium Slavinitatis vocabula sive raro jam apud nos occurrentia, sive omnino in Lexicis nostris neglecta. Incepi ante annos jam complures non tantum singula hujusmodi, verum etiam juncta verba Slavonicae phrasí analoga colligere; sed praesentis Bibliothecae cura et multitudo argumentorum requirendorum, studiumque inventa examinandi, atque digerendi, omne propemodum subcisiyum tempus mihi eripiunt satagenti, ut amicorum exspectationi mature satisfacere valeam.

cia atque composita nomina, quorum usus in praediis pulchriori urbanitate seu Slavinitate viget, quam subinde in locis urbani- tati magis convenientibus; sed peregrinitati obnoxiiis.

II. Ad rem cibariam quod attinet, a paucis forsitan hominibus, quod etiam inter cultas nationes subinde animadvertisit, vitam victu arido incultoque tolerandi ducta consuetudo; tum etiam illud, quod Procopius de sordibus et illuvie subjungit convitium, tanto minus ad universam Slavorum et Antartum gentem extendi potest, quanto cultioris vitae ad rem cibariam potumque pertinientia consensu majorum ejusdem Slavicae originis populorum habemus vocabula, quae ex primis sedibus patriis coloniarum deductione in remotiores translata, non tantum in antiquissima litterali lingua, verum etiam in vulgaribus dialectis adhucdum significatu eodem usum obtinent. Ita Matth. VI, 11. XXVI, 26. in Codd. utriusque ritus Graeci et Latini, *panis*, χάρκη scribitur; nec substantiae nominis varietas enuntiationis, aut scriptio apud eas stirpes, quae alienis litterarum formis utuntur, quidquam obest, si- ve *chlieb*, sive *chleb*, aut *chljb*, *kleb*, vel *hlib* antiquius vocabulum illo *kruh* nonnullis meridionalibus Illyrici Slavis usitato, prescribatur. Neque ista *panis* appellatio a priore diversa communioni antiquioris usus officit: nam utroque, exempli causa, Dalmatae utuntur; sed veteri vocabulo antiquiores, recentiori posteriores ac moderni scriptores; ita *Slatarichium* vocabulo *Hljèb* utentem laudat

dat della Bella, et illud Proverbium de dilectione inimicorum supra laudatum, ubi recentissimus Poeta Ferrichius vocem *Krüh* adhibuit, veteris vocabuli usu adducit: *Tko tebbe kammenom, tij gnèga hljebom.* Itaque 112) antiquiori adagio custoditum vetus vocabulum demonstrat praecipui atque cultoris hominum nutrimenti Slavos veteres ante Procopium Caesariensem gnaros fuisse; quod vel ipsa faciendi agri diligentia tam celebris, ut eorum coloniae passim expeterentur, eviderter confirmat. Ad haec notatu digna est formula MS. Andr. de Duba fol. 42. *pohnati odtad kdež člebij.* Nec solius panis usum nostris majoribus notum fuisse certum habemus; etiam alia rei cibariae genera simplicia primum, ut antiquissimis temporibus Romanis coena ex pulte 113) parari solebat; deinde fercula pro expectatione majora fortassis, quam

112) Cui antiquitas hujus adagii suspecta videtur, ut minus persuadere sibi possit, illud Slavis adhuc paganis usitatum fuisse; hunc ego humanissime peto, ut *Commentationem, quam Praeside V. ampliss. doctiss. Friderico Aug. Wolf — Quid de officiis et amore erga inimicos Graecis et Romanis placuerit, A. 1790. publ. defendit Jo. Carolus Ch. Fischer — Halae Saxon. 8. pagg. 72,* perlegat, et illud Senecae de Ira II, 34: *Irasceretur aliquis? tu contra beneficiis provoca, comparet cum Slavonico de εχθροφιλίᾳ proverbio, quod mihi liceat Bohemica orthographia prescribere: kdo tebe kamenem, ty něho člěbem.*
 113) Vid. Niepoortii *Explicat. Rituum Roman. Sect. VI, de vita priv. Cap. II, de ratione Convivior. §. 2.*

quam Procopius viderit vel audiverit, adponere neverant: non equidem accuratissimorum lautitiarum, quae speciem coenae *Trimalchionis* praeserrent, quae tamen ad illius repositorii rotundi duodecim signa in orbe disposita habentis, signum *Librae* referri possint. Simplicioris cibi Slavorum, seu ex pulte parati testis est *Leo Sapiens in Tacticis*, cuius locum Cl. Kollarium 114) his verbis illus-

114) Vol. II. Amoenitat. Hist. Jurisque Publ. R. Ungar. Sect. VI. Cap. 2. Mihi tamen post Kollarium in antiquitatem hujus cibi apud Slavos inquirenti, videtur in victu Slavonico *puls* communis nomine litteralis linguae aliarumque dialectorum, *каша*, *каша*, *kascja*, *Kasse*, cet. appellata, ex oriente in Europam a majoribus nostris translata fuisse, multisque proverbiiis, praesertim Russorum vulgata, archaeologiae Slavicae specimen esse, prout illud (in *Arabum Philosophia populari, sive Sylloge nova Proverbiorum a Jacobo Salomone Damasceno dictata* — quam cum adnotationibus nonnullis edidit Ja. Chr. Kallius Hafniae 1764. 8.) CCCLXVIum Proverbium: „*Cibus Kisch si pernoctaverit, (si post unam noctem reliquus fuerit,) matutino tempore fiet medicina: oryza vero si pernoctaverit, ejice illam in parietinas.*“ Quod cibi genus, quum ex alicis triticeis, aut etiam hordeaceis, observante *Kallio*, primum aqua elixis, deinde affuso lacte subactis, ex pulte fiat densioris massa, in minutas partes concisae, soli iterum expositae et siccatae; non dubito vocabulum nostrum *каша*, similitudinem Arabicī *Kisch* re atque sono praeserre; licet spectatis

lustravit: „Et ad victum quidem quod attinet, nemo nescit, Slavicos populos omnes cibis uti tenuibus et paratu facillimis; milio scilicet, panicoque excorticatis, quibus aquae aut lacti incocatis pultem parare amant, qua lacte vel butyro, vel lardo liquato perfusa libertissime vescuntur.“ Porro subdit: „Non solum autem quotidiani, sed exquisitiores etiam cibi Slavis omnibus sunt communes; etenim gratissimus Carpaticis Slavis cibus vulgo *Pirohy*, Russis *Piroghy* (пирогъ *artocreas*, пирожное, *esculenta pista*) dictus, etiam Moskuae urbis civibus, longissimo terrarum intervallo a Carpato remotis, est in deliciis.“ Vix Slavi Carpatici a Russis, aut ab illis isti vocabulum cibique genus didicerint; sed antiquissimo usu, atque aliarum quoque stirpium consensu, apud quas idem vocabulum, licet aliqua varietate mutatum, tamen adhucdum viget; ut *Perlichjaz* in Dalmatia; in Dictionario quoque trilingui Thed. Polycarpow πιρογъ placentam significat, quae Slavis itidem колачъ cum primis Bohemis ac Moravis dicitur, et in deliciis est. Si beneficentia Slavorum hospitii lautissimi ultro non postulantibus oblati a multis Scriptoribus idoneis laudata, subinde rei familiaris profusione modum excessit, nescio qua ratione illam cum victu arido et in culto, sordibus ac illuvie componere valeam. Mundus

Arabum litteris (Vid. Lexic. Castelli ad rad. כְּשַׁךְ) κάσχα deberet scribi: sed quis non facile advertit Slavonico ω = sch tertiam litteram consonantem propemodum contineri? jam fortassis de pulte nimium dixi.

ditiei specimina, quae ad rationem conviviorum pertinent, non equidem certis testimoniis ex Procopii Caesar. aevo adducere possum; habemus tamen apud Slavos Pomeraniae illustria hujus rei observatae, dum adhuc pagani esent, exempla, ubi mundus et honestus, tantum refectioni destinatus locus; ibi mensa nunquam cibis et potu vacua 115); ferculis mundissima mappa coopertis, omnique apparatu praesente, ut quacunque hora hospites advenirent, ad reficiendum parata esent omnia. Nescio an vindicandis ab illuvie sordibusque majorum nostrorum coloniis, idoneum argumentum ducere quoque possim ex cura laboriosarum sed mundi operis apum, cui Slavos singulari diligentia ex antiquissimis temporibus ubique propemodum addicatos fuisse superfluum foret pluribus testimoniis probare. Sed mundae ab immundis non bene servantur, neque consertum novae juventutis agmen feliciter suscipitur, ut spes sit abundantanter fluentia ceris mella condere; sed abundantiam mellis novimus in Polonia, Pomerania, in Bohemia vel uni Ecclesiae Collegiate Wissehradensi Saeculo XI. Wratislau nomine *census hortensii* (ZAGRADNEGO) donabat XVI, urnas mellis. Ad antiquissimam rem cibariam aliosque usus majorum nostrorum, aetatem Procopii Caesar. superantes pertinet Slavonicum nomen *málo*, *mášlo*, cuius notatio philologicis observationibus

115) Vid. Vol. I. Scriptt. rerum Episcop. Bamberg. cura J. P. Ludewig. Vitae S. Ottonis Lib. III. Cap. XL.

bus vel ideo prioribus rei cibariae vocabulis dignior est, quod sit archaeologiae Slavorum orientalis praecipuum monumentum, et illustre specimen comparationis linguae Hebraicae cum lingua Slavorum, quo antiquior primariusque polysemnarum vocum nostrarum significatus demonstratur: **масло** enim *oleum* vi primaria, litterali dialecto aliisque Slavorum quibusdam dialectis vulgaribus adhucdum significat; *butyri* vero significatus omnino secundarius est, quod major numerus derivatorum nominum, sensu ad *oleum oleamque* relato, sine additione alterius cuiuspiam vocis, quae potestatem signi circumscribat, haud obscure innuit. In Scripturis itaque sacris primaria significatione occurunt voces ad oleam pertinentes: Genes. VIII, 11, ubi Slavus Interpres φυλλον ελαιας, καρπος — reddidit οχέους μάσличенъ εκ лист-
віемъ — Isa. XXIV, 13. εαν τις καλαμησηται ελαιαν — ἀψε κτὸ ωγρασετъ мáсличинъ — Rom. XI, 17, αγυριελαιος — дýбія маслина — τις πιότυτος τις ελαιας — масти мáсличинна — v. 24. εις καλλιελαιον — κъ дóбрѣй маслиникъ — quibus exemplis, aliisque compluribus constat: festucam olivae cum foliis; relictarum olivarum collectionem; oleastrum; pinguedinem olivae; bonam olivam, eadem radice propagatas else voces, quibuscum sono et significatu consentit **масло**; licet Slavus Scripturarum Interpres maluerit ελιй non interpretatum et Slavonica tantum declinazione inflexum nomen loco illius vocabuli popularis potissimum usurpare: suscepto enim onere disquisitionis, quam constanter vox laudata in Psalmis, velut certioris antiquae

in-

interpretationis libro, posita fuerit; constanter inveni in exemplo Mosquensis tertiae editionis ex Graeco τὸ ελαῖον Slavice declinatum ἔλει, ἔλέα — pro ratione contextus. Sed in Novo Testamento, Luc. VII, 46: *мáломъ* casu instrumentali X, 34. *мáло.* XVI, 6, *мáла.* Mar. VI, 13, *мáзахъ мáломъ* — *ungebant oleo;* quatuor itaque vicibus interpretatum reperi; septies autem supra dictam vocem ἔλει positam animadverti aliis N. T. locis. Collatis igitur potissimum duabus exemplis: *мáсти мáсличинна,* et *мáзахъ мáломъ,* specimen comparisonis linguae Slavonicae cum Hebraica contineri merito gavisus sum, postquam observationi huic fidem conciliaturus eruditissima Edmundi Castelli Lexicon Heptaglottum ad radicem נַשְׁמָה consuluisse, ubi Auctor statim sub principio observavit: *Convenit cum Slavonico Masati Dalm. et Bohem. Mazati.* Sed non tantum dialecto Bohemica, verum etiam Slavica, Litterali, Dalmatica, et Russica ceterisque, *мáзати, magati, мáзать ungere significat, et verbo мáстити (мáстю, mastjм) impinguare, ungere identidem, ut nomine мáсть pinguedinem et unguentum intelligimus, Hebraeorum consuetudine, quibus pinguedo, oleum et unguentum, Schémen dicitur a יְנֵשׁ pinguis fuit.* Nostrarum vocum simplicior vel concisa radix fuerit *мáс* vel *мáз* primis duabus litteris radicum orientalium similis; cui accidente derivatorum cultu, quo lingua denominatis vocibus augeretur, suaque signa notiones haberent, littera radicalis cum aliis ejusdem organi proximioribus sonis commutata est. Et, si conjectura heic mihi uti

licet, dixerim το μάσλω radicem esse auctam forma nominis instrumentorum, nomenque primae naturalis *pinguedinis* industria hominum cognitae, Slavisque in antiquissimis eorum sedibus jam usu et populari nomine non ignotae: nec enim dum *Vistulatenus* primum commorarentur, illud vocabulum fangi potuit; neque serius in diversis coloniarum sedibus: quia illo regionum tractu, quo Dalmatae, Slavo-Serbi a Russis distant, vernalulus *oleae* significatus vocabulo *Másolina*, *маслина*, *маслина* itidem ac in sacris Codicibus custoditus, post migrationes tali consensu vix propagari potuit. Igitur praestantissimum est archaeologiae Slavorum orientalis monumentum vox *масло* primaria significacione *olei* notata.

III. Quam Procopius rei vestiariae Slavorum ingessit memoriam, ad milites ea pertinere videtur vi contextus verborum; nec ego heic ausim de antiquiori vestimentorum genere Slavico agere, quod illius tantum auctoris celebrem locum brevi commentatione, in primis philologica, illustrare mecum constituerim; alioqui me in magnam commentationis varietatem demittere deberem; quum in singularium stirpium Slavicis Scriptoribus diversitas inveniatur; et vocabula recentioribus Lexicis comprehensa raro veteris vestimenti Slavorum antiqua appellatione probatae auctoritatis nitantur: imo eorundem *tantum* usu velle rem vestiariam nostrorum describere majorum, similis operae conatus foret, ac si quis medii aevi aut infimi latinitate rem vestiariam Romano-
rum

rum illustrare conaretur. Mihi itaque contendenti communia saltem vestimentorum Slavicae gentis, et antiquiora proferre nomina, magis idoneum huic archaeologiae parti subsidium videtur esse Slavonica Litteralis Scripturae Sacrae Versio, non equidem sola, sed cum aliis monumentis ad historiam pertinentibus comparata, probe collatis et vocabulorum archetypi proprietatibus, et Interpretis verborum indole ac ingenio transferendi. Slavus itaque Interpres Ps. XXI, 19. τὰ ἵματια reddit ρίζω — επὶ τὸν ἵματισμον με — ὡράειδη μοῖς, quorum utrumque Graecis vestimentum exterius, quale pallium est, denotare, quemadmodum χιτων vestimentum interius, Viri docti 116) obser vant, Sed Slavus Interpres eodem vocabulo ρίζα etiam interius vestimentum χιτωνα trans fert, velut Gen. III, 21, χιτωνας δερματινες — ρίζω κώκανы, MS. Z'erotin. сукне кошнене; quibus tunicis pelliceis Slavos veteres pri mum usos fuisse notius est, et necdum obsoletus hujus derivationis vocabulorum consensus testatur; imo praesens adhucdum usus, sed pro tunica exteriori, forma tamen exuviarum consutarum, apud Hannatas Slavos Moraviae secundum torrentem Hanna nuncupatum considentes agricultas confirmat. Aliis Scripturae locis, ut Isai. LXI, 10, χιτωνа noster Interpres communi vocabulo ωράειδει reddidit; Sed Gen. XXXVII, quinq uies constanter transtulit ρίζω. Vix itaque pro-

116) Vid. Thesaur. Philolog. Jo. Chr. Biel ad voc. ἵματιον.

proprium nomen *interioris vestimenti* Slavi antiquiores habuerint, communibus fortassis, vel adscita voce alia circumscriptione usi: nam illud ὁδεῖα, licet quibusdam videatur esse interioris vestimenti genus, tamen hanc potestatem magis usu sequiori, quam sua vi habet ad proprietatem vocis *amictus* pertinente. Nec satis scio, num illud vocabulum *Bossile* 117) *indusium*, etiam si a primo, adeoque *communi* genere illo vestimenti pelliceo dederetur, veterem auctoritatem Slavinitatis habeat. Illud intimum vestimentum juvenis (Marci, XIV, 51.) *amicti sindone super nudo* Slavus Interp. vertit въ плащаний по наст; MS. *Z'erotin*. *odien gſа ruchem Injenym pónahem tiele;* cuius vocabuli Slavonici плащаница potestate collata cum Bohemico nomine *plásst'*, itidem ac Dalmatico *Plásct* et Slavo-Serbico плащик, *pallium*, si archaeologia spectetur, lineum pallium ista voce olim primario significatum fuisse puto; mulierum fortassis palliolum ex usu orientali, Θερισφοι in Script. S. dictum 118), quo Rebecca obvoluta erat, cum quo et illud а *plachta* diminutive formatum *plachetka*, operiendo mulierum capiti aptum velamen lineum, comparari potest. In classico Matth V, 40, contextu τοι χιτωνα — το ἱματιον utriusque exempli

117) Conf. Cl. Anton *Erste Linien I. Th.* pag. 110.Item quod ad *commune* et porro sensu strictiori genus vestimenti attinet, vide Cl. Adelung vocem *das Hémd* cum Graeca *ἱματιον* conferentem!

118) Supra laudatus Biel conferatur ad vocem Θερισφοι.

pli Ostrogensis atque Mosquensis Interp.
prius vocabulum transtulit ¹¹⁸⁾, posterius,
^{тракицъ}, quo tamen Graeco posteriori, testi-
bus antiquis Versionibus *pallium* omnino intel-
ligitur; recentiores tamen Slavonici Scrip-
tores hocce Slavico nomine ^{тракица} reddunt
Graecorum *χιτων*, et Latinorum *indusium*
sive subuculam, si sermo sit de veste inte-
riori virorum ¹¹⁹⁾ membris adstricta: in
hunc modum Archimandrita Raicz' Procopii
Caesariensis nomina: τίνες δε εδε χιτωνα εδε
τριβωνιον εχεστιν αλλα μονος τας αναξυριδας —
120) reddidit: иѣци же ниже хипона (траки-
цы) имѣютъ ниже плаща, но вѣ гащахъ то-
чю — quidam nec subuculam habent nec *palli-
um*: sed cum femoralibus tantum, ad virilia us-
que aptis, hosti se offerunt ad certamen. Am-
bigui significatus mihi videtur else vocabu-
lum ^{тракица}: vel enim Interpres Evangelii
sensum voce propria alsequutus convenienti
signo expressit; et hac ratione illud signifi-
catu *pallii* fortassis antiquitus venerit; vel
τοι *ἱματιον* interioris vestimenti potestate in-
telligens, et notione sua redditurus laudatam
vocem adhibuit; atque isto casu opinionis,
recentior usus vocabuli ^{тракица} niteretur ve-
teri auctoritate. Rem itaque in medio relic-
tam committere malim viris me doctioribus,

Aa 2

et

¹¹⁹⁾ Observat enim Cl. Facciolatus inter varia
feminearum vestium nomina fuisse *indusium* auc-
toritate Plauti *indusiarios* ponentis inter eos,
qui matronarum cultui operantur. Non tamen
audet hoc discrimen perpetuum dicere.

¹²⁰⁾ Lib. I. Cap. V. §. 10, Partis I.

et plus otii habentibus ad inquirendum in proprietatem vocabulorum rei vestiariae Slavorum, quae, ut mihi videtur, inter omnia archaeologiae Slavicae monumenta velut difficilior, studium exigit cum patientia conjunctum, quo, quis valeat peregrinitatem ab indigenatu, et unius stirpis ab altera *veterem* in vestimentis *varietatem* discernere? nam quod attinet ad recentiorem vestitum, ejus varietatem nemo tot Lunae Sysygiis magis perturbatam describere valet. Quamquam sint adhucdum quaedam Slavonicae stirpes antiqui moris probati tenaciores, quibus gratior est prudens simplicitas togae rarae, quam decem nationum mutatoria vestimenta non satis animi sibi constantis peregrina symbola. Sed, ut redeam ad vocabula vestium a Procopio memoriae traditarum, Dobnerus de talari vestitu pallioque vetustis Ducibus nostris usitato agens 121), imo promiscue antiquae etiam plebi nostrae talarem vestitum ad eam normam, qua Poloni hodie utuntur, adstruens, Slavicam significationem pallii CRUSINAM a Ditmaro appellatam laudat. Nec tamen istud vocabulum omni difficultate caret, ob ambiguitatem consonantis litterae S, num illa sumi debeat potestate Slavonici * = ſ, an vero w = ff elementi: heic enim sonorum των 3 = ſ et c = f alterutrum vix ille character S custodit. Spectata pallii forma circularis amplitudinis secundum oram vestimenti, dixerim verosimilius enuntiatione nominis κρύζινα, kružina, vi primitivae

VO-

121) Ad Annum 722, Nota f) Vid. quoque Glossar. Du Cange ad vocem *Crusna*, *Crosna*.

vocis κρύπτης, *circulus gyrus*, et regularis mutationis τὸς ῥ in ρ, Ditmari nomen proferendum esse, materia, forma, et significatu idoneo Slavicum, quam κρύψινα, Κρύψινα, quo nomine Bohemis *rhamnus frangula* Linn. dicitur, a verbo Slavonico κρύψω, *frango*, nobis jam obsoleto per id tempus. Porro τὰς αναξυρίδας Procopii Caesar. reddidit Archimandrita Raicz' vocabulo *Daniel.* III, 21, occurrente, ubi Slav. Interp. συν τοις σαραβαροις — vertit ικ γαψαλη, *cum braccis*, sive crurum indumentis. De vocis Σαραβαρα origine notat 122) Cl. Relandus Diss. Misc. P.

II.

122) Conf. Biel Thesaur. Philolog. ad voc. Σαραβαρα; item ad voc. Αναξυρίδες. Cl. Eques Michaelis Spicilegii *Geographiae Hebr. Exterae* P. II. pag. 90 et sequente refert, cum ad סרכן Dan. III, 21, haec moneret: esse genus brac-
rum Orientalium, ac vocabulum Persici quid so-
nare — continere vocem vix potuisse Hungaros,
monentes, suum esse vocabulum. Sciscitante
vero, quomodo scriberetur? cujusque linguae
esset? responsum sibi datum fuisse: *Schalwary*,
sed non tam scribi, quam adpellari, nec enim
se meminisse in libris legere, sed in communi
vita frequens esse. Hoc vocabulo vocari brac-
cas breviores, non ad genua descendentes, in-
ferioribus braccis (quae Hungaris, plane ut
Persicae, usque ad pedes descendunt) imposi-
tas diversi saepe a braccis intimioribus coloris:
nulla in lingua, ac ne quidem, de qua ille ad-
curatius interrogabat, Slavonica, etymon ad-
parere, vocabulum vero ipsum tribus linguis
in patria sua auditis, Slavicae, Hungaricae,

II. pag. 229. eam Persice *Schalwar.* dici, et significare *subligaculum*, *femoralia ad pedes demissa.* Feminalia Exodi XXVIII, 42. περισκελη λινα Slav. Interp. reddit *на драги лынны*; itidem Lev. VI, 10. In MSto Z'erotiniano contextus Vulg. Lat. Dan. III, 21. ita redditus est: *swazani gſuc srusscemi swymi. а scepicemi а sobuuiemi а sruchem — Exod. XXVIII, 42. — Včiniš yrussce 123) Iniene. aby přikrylo tielo.* Lev. VI, 10, *Oblečen bude kniez wſučni а wrussce Iniene.*

IV. Slavonicae rei militaris momenta, quorum Procopius heic aliisque de bello Gotthico libris meminit, vel idonei auctores nonnulli cognoscendae huic Slavorum archaeologiae parti symbolam addiderunt, praecipuis laudatae rei argumentis continentur istis: **DILECTU**, **ORDINIBUS**, **ARMIS**, **ACIE**, et **DISCIPLINA**. Quamquam in explicatione harum partium Lipsium de militia Romana tractantem imitari, nec loci ratio, nec vires meae admittant; conabor nihilo minus dispersas cujusque argumenti notitias tantisper attingere. *Ad primum quod attinet,*
de

Germanicas esse commune. Heic (subdit Cl. Eques) quis non vocabulum agnoscat, Persicum forte origine, sed tamen et Scythis adscititum, quodque cum his in Europam immigravit ?
 123) In vocabulo *russce* (ρѹſсe) prescribendo utor heic duplici *ff* = *w* pro simplici *'f*, superne stigmate notato in MS. Z'erot. ob difficultatem typis exprimendi hunc scribendi modum potestate soni eundem cum altero.

de iis, qui patro more, qua ratione legerentur, et quo numero legionum, perhibere non possum; tamen exercitum Slavis fuisse duplicum vel ex ipsiusmet Procopii verbis, subobscure licet, intelligitur; ait enim: *Cum pugnam invadunt, multi pedibus tendunt in hostem*; igitur pars eorum equitatu etiam constiterit, etsi minori numero comprehensa. Constantinus enim Porph. 124) de *equitibus* et *peditibus* Chrobatorum agens testatur: „Magna autem Chrobatia, quae etiam Alba cognominatur — — equitem peditemque non habet tam numerosum quam baptizata Chrobatia“; de hac vero paulo ante ita scripsit Imperator: „Exhibitque equitum sexaginta millia, peditum centum millia, et sogenas octoginta, conduras centum; et sageneae quidem quadraginta viros habent; condurae vero viginti, nempe, quae majores; nam minores decem viros tantum habent.“ *Pedestris exercitus*, винитко пѣше, uno vocabulo appellatur πεζοτα, рѣшота; et Apoc. IX, 16. *numerus equestris exercitus* a Slavo Interprete, redditur: число винихъ конныхъ. Constat itaque antiquioribus etiam Slavis equestrem exercitum non defuisse, quem sua dialecto denominare Saeculo IX. noverant, et longe priori tempore omnino habuerunt, non tantum ex viris collectum, verum etiam puellarem. Sed, ut redeam ad militum nostrorum *delectum*, memoratu dignissimus est ille, quem ex deportatis in Asiam Sla-

124) Parte II. Cap. 31. De Chrobatis, et terra eorum.

Slavis anno VII. sui imperii *Justinianus II.* instituit, et exercitum ad XXX. Mill. viorum ex novo delectu confecto armis instructorum ΛΑΟΝ ΠΕΡΙΟΥΣΙΟΝ, *Peculiarem aciem factam comparabilem* 125), velut peculium charissimum, seu *populum acceptabilem*, 126) nuncupavit, cuius DUX NEWULON, a Nicephoro postea scribitur Γεβελον. Ex hoc itaque militari Slavorum Asiae delectu circa finem Saeculi VII, facto conjectura duci potest, qualis exercitus, quamque *acceptabilis* ex illis *Antarum populis*, ut Procopius ait, *infinitis*; quantus vero ex universa Slavorum gente legi potuerit. *Legionis* vocabulum Slavonica voce redditur τμά: ita Bohemus Interpres in principe Anni 1475. editione Matth. XXVI, 53, *duodecim legiones*, vertit; dwanadz̄t tem, genitivo casu multitudinis, cuius vocabuli singularis rectus Luc. VIII, 30, occurrit: τμά, ubi Veneta quoque nostra editio Boh. hanc vocem servavit; sed recentiores editiones habent množstwj: Slavus Interp. sui archetypi oeconomiam sequuntur non interpretatum δέρεώντι posuit: fortassis ne voce Slavonica τμά potestas Latini vocabuli, *Legio*, augeretur; nam dissensum in valore numeri, quod attinet ad vocem Slavonicam, istum animadverti: *Anonymous Nissensis* 127) in

125) Vid. Cedrenum et Cl. Stritteri Memor. Populor. Tom. II, P. I. Cap. X. §. 90.

126) Aut *populum electum*, qui λυάς ὑπεράνην δicitur. Conferatur Exodi XIX, 5. et ad Tit. II, 14.

127) Auctor opusculi: *Exemplar characteris Mos-*

in Tabula Numerorum, signum \times I. (10000) potestate vocabuli *тъма* (*decem millia*) notavit; Polycarpow voce *тъма*, quando numerum (*число*) significat, ea *decies centena millia* complectitur; sed *legio*, ut equidem Romana vox est, libera Republica fuit 128) peditum *quater mille et ducentorum*; qualem Nievpoortius in Compendio Antiquit. Roman. pro modulo sumit: nam aliquando minor, posterioribus temporibus major fuit. Causa ejusdem ambiguitatis mihi videntur nostri recentiores Sacri Codicis editores loco illius vocabuli *тъма* substituisse vocem *multitudinis*, *мноштвј*; quamquam non dubitem antiquam et idoneam esse illam Slavorum vocem; sed identidem variis temporibus, et apud stirpes distinctas, diversa numeri potestate acceptam, sicut apud Romanos factum est.

ORDINES quosdam et *Militum Slavoniorum* et *Ducum* fuisse, antiquorum vocabulorum passim adhuc vigente usu, tum etiam historicis monumentis constat. Inter militum genera illud omnino certum est, quod ex armorum vocabulis a Procopio memoriae proditis deducitur: nam *scutula*, *spiculaque* (*ασπιδια και ακοντια*) gestantes manibus omnino fuerint *Jaculatores viri Sagittarii*, phrasi Slavonica: *Копейники мъжки Стрѣлцы* 129), qualis

covitico-Ruthenici duplicitis Biblici et Usualis.
Nissae 1690. 4.

128) Vid. Nievpoort. Sect. V. Cap. II. §. 1.

129) I. Reg. XXXI, 3. *Ακοντιςαι* — a jaculo, seu parva lancea, ut Hesychius *ακόντιον* expo-

lis *Hastatus miles erat ille Swarun* 130), qui tam perite in Misimianum militem hastam jecit, ut eo collapso testudo excuteretur. Militem *Antepilanum* an Slavi veteres eo sensu jam certo genere distinctum habuerint, quo apud Romanos aetate maximi, et usu exercitatissimi intelligebantur, non equidem argumento tam clare ac significate descripto probare possum; illud tamen *Antepilani* nomen Slavonicum бойнъ предний sine exemplo Polycarpow non adsumserit. De numero talium, qui fortassis antiquiori appellatione, quam supra exposui, преди чечетки vocabantur, fuerit *Sclavenus* ille 131) mole corporis ac strenuitate insignis, cujus socii sub angusto saxo aut virgulto quolibet obvio delitescere, et hostem quemlibet rapere consueverunt, maxime ad Istrum fluvium in propriis gentis sedibus; ille vero ad Auximum fecit in hostium virum quemdam raptim herbas colligentem a tergo irruens, arreptum valide medium stringens, quem porro in castra delatum tradidit Valeriano. Ex illis quoque Procopii verbis de Sclavenis et Antis Justiniano in Italia militantibus, Lib. I. Cap. XXVII. perscriptis, certum omnino testimonium eruitur, istos, qui trans fluvium Istrum, non

nit, nuncupati: Slavis hasta dicitur копѣйка, копѣйка; unde копейницы, ceteraque hujusmodi nomina.

130) Vide supra pag. 145. laudatum.

131) Hujus militis strenuam actionem Procopius Caesar. descripts Lib. III. Cap. XXVI, moremque illum ceteris etiam Slavicis militibus communem asseruit.

non procul a ripa sedes patrias habebant, equites fuisse, quorum praesentia recreatus est Belisarius, cuius iussione numero ducendorum *Scutariorum equitum* ad fatigandum sagittis hostem postridie missorum, procul dubio Slavi et Antae comprehensi fuerint: itaque habemus genus equitum a scuto et sagittis denominatorum, ut jam dubitare non liceat de existentia equitum in exercitu Slavorum tempore Procopii Caesariensis. Projecto Slavi et Antae Hunnis in hac expeditione sociati, quorum illi mores in multis retinebant, hoc genus militiae ab Hunnis didicerint: testatur enim Procopius sub finem hujus Capitis, Romanos ferme omnes, Hunnosque eorum socios *equites sagittarios* fuisse peritissimos; huic autem arti Gotthorum neminem operam dedisse; igitur Gotthis Sagittariorum equitum institutionem Slavi non debent in acceptis referre. An ballistarios, funditores ac eos, qui sagittas e machinis expedirent, Slavi antiquiores habuerint, ex laudato Procopii loco deducere nequeo; quod expeditio sagittarum e machinis facta dicatur, cum proprius moenia ventum est: de machinis tamen in oppugnatione urbium usitatis, gentique Slavicae non ignotis et propriis nominibus appellatis, jam pag. 56. aliquid ingessi; sed infra etiam de singulari machina Bohemorum ad jaciendos lapides adaptata observationem Dobneri proferam. Quod porro ad reliquam ordinum militarium notitiam attinet, antiquius, et Slavis, pro varietatis dialectorum ratione, omnino commune vocabulum

lum est полкъ 132) vel *pluk*, e quo et adjectivo *свáтъ*, *свáтыи* compositum est nomen proprium Regis Moraviae *Свáтсполкъ*, sive *Swjatopluk nuncupati*; cui vocabulo simplici communiter nostri Slavonici Lexicographi solent adscribere significatum, *agminis, phalangis, castrorum, legionis*, ut Polycarpow in suo Dictionario trilingui; sed antiquiores nostri Scriptores etiam ad familiae stirpisve significationem transtulerunt. Nec mirum sit adeo polysemum esse illud vocabulum, quum partium Slavonici exercitus, qui *бóинство, wogſto* appellatur, in *Legiones, Cohortes, Manipulos, Centurias, Decuriasque* divisionem in antiquioribus rerum Slavonicarum Scriptoribus non potuerim invenire. Definiti certo numero Slavonici exercitus majoris memoria exstat in *Excerptis de Legionibus* 133): *Circa quartum Imperii Tiberii Constantini annum centum fere millia Sclavorum in Thraciam irruperunt, et Thraciam multasque alias regiones praedati sunt.* Majorem numerum illius terribilis exercitus Apocal. Cap. IX, 16, ubi *duae myriades myriadum Graeco contextu ponuntur*, Slavus Interpres reddidit: *и число бóиновъ конныхъ дѣтъ тѣмъ;* Fratt. Boh. *A byl počet wogſta lidu gjzdného dwě stěfrát tifýc tifýc.* Minoris exercitus Slavonici, certique numeri, atque in duas partes divisi meminit Procopius Caesariensis Lib. III.

134)

132) De hocce vocabulo egi supra Cap. II. §. 5. pag. 211. et sequ.

133) Pag. 83. Edit. Venetae.

134), quem ex *tribus* solum conflatum viro-
rum *millibus*, postquam Istrum Hebrumque
trajecisset, bifariam discessisse perhibet, ita,
ut constaret pars altera *mille octingentis*, al-
tera *reliquis*. Vix inaequalem hanc partium
exercitus minoris divisionem aequalis certi-
que numeri vocabulo eodem significare va-
llemus; nisi fortassis vocabulo **пóлкъ** 135) to-
ti exercitui attributo significatu *legionis*, et
sensu antiquorum Romanorum, utramque
divisionem *partis* nomine (*часть*) circumscri-
bere velimus. Propemodum impossibile est
veterum vocabulorum potestatem originari-
am, novis institutionibus subinde turbatam
suae proprietati restituere, ac sensum asse-
qui eorum, qui sermonem patrium primi-
di-

134) De bello Gotthico Cap. XXXVIII.

135) Quum Russis **пóлкъ** *legionis* potestate veniat,
custodita fortassis majorum in significatu vocis
auctoritate; et legio tempore Romuli (Vid. Nie-
poort Sect. V. Cap. II. de ordinibus. §. 1. pag.
250) fuerit peditum ter mille; Procopius quoque
exercitum Slavicum in Thraciam irrumpentem
eodem numero conflatum fuisse scribat; idoneis
mihi video ratiōnibus in hac vocabulorum
ambiguitate, et varietate, ut saltem verisimilio-
ribus antiquitatum Slavonicarum et praesentium
consuetudinum rationibus veterem vocabuli
пóлкъ notionem attingam. Sive igitur *legio-
nis* nomen potestate veteri Romanorum; sive
illud vocabulum **пóлкъ** recentiori significatu nu-
meri ac diverso sumatur, mihi sufficit, quod
ista voce Slavica illud Romanum nomen reddere
possim,

ditaverunt. Quamquam recentiora sint rei militaris instituta apud utrumque Cosacorum populum, quorum sedes Tanais et Borysthenes alluunt: tamen illustrando praesenti Slavorum de moribus generi, quaedam idonea desumi possunt argumenta ex illis Scriptoribus, qui in hanc partem rei historicae Slavorum data opera inquirentes, de historia philologicis ac philosophicis principiis tractata bene meruerunt. Hujus modi est Cl. Christiani Engel Leutschovia — Hungari *Commentatio 136) de Republica militari, seu Comparatio Lacedaemoniorum Cretensium et Cosaccorum;* cuius parte secunda *Cosaccorum Saporogorum Respublica et Instituta describuntur,* primumque fontes *Commentationis* hujus deteguntur. Quod attinet ad ordines militares, ita ille de istis pag. 25. *Commentationem* producit: „Sex millia Cosaccorum, qui „nomen suum professi erant, in sex legiones „divisit (Stephanus Bathory), cuique legio- „ni praeficiens Chiliarchum (*Polkownik*); „cuique Chiliarcho iterum senatum (*Starschi- na polkownitscheskaia*) addidit; denique Cen- tu-

136) Haec in concertatione civium Academiae Georgiae Augustae die 4. Junii 1790. praemio a M. Britanniae Rege Aug. constituto donata, Gottingae typis Jo. Christ. Dieterich excusa est forma 4. Cujus Auctori de Slavis bene merenti, valetudinis integritatem ex animo adprecor, ut operum promissorum editionem illustrandis rebus Slavicis desideratam feliciter absolvere valeat; eique pro officiis humanitatis mihi exhibitis gratias habeo.

„turiis Hecatontarchos (*Sotnik*) et decuriis „Decarchos (*Attaman*) praetire voluit.“ Singula haec nomina, excepto postremo, Slavonica sunt, et antiquae urbanitatis; eorumque specimina juncta 137) uno contextu occurunt praecedente *Ducum* nomine communī et ejus, qui universo exercitui praetererat, I. Machab. III. 55. И посемъ постѣни 18 да боевѣди, людѣи, тѣлащики, и сѣтники, и патъдѣлатники, и десатоначалники; quem locum Interpres Bohemus eadem prope modum 138) vocabulorum forma in hunc modum reddidit: А потомъ встановилъ Іудас вѣдѣ лиду, тѣлѣнѣ, а сетнѣ, а падесатнѣ, а десатнѣ; Et post haec constituit Judas duces populi, tribunos, et centuriones, et pentacontarchos, et decuriones. Plura de ordinibus antiquis in exercitu Slavorum defectu veterum monumentorum proferre non possum.

ARMA militum Slavicorum Procopius ista duntaxat memoriae prodidit: ασπιδια και ακοντια, scutula spiculaque, quorum vocabulorum prius ad tegendum, posterius ad petendum pertinet, proprieque armorum generе continetur. *Scutulum* Vulg. Int. Lat. reddidit ex archetypi sui voce ασπιδος, qua parvum scutum, vel orbicularis ornatus scutis similis, Hesychio interprete, intelligitur, I. Ma-

137) Alia tamen pro illo *Polkownik* antiquitatis superioris in contextu S. S. occurrente voce тѣлащики, cuius usus etiam in officiis civilibus olim fuerat.

138) Si externa quaedam mutatio vocabulorum ad rationem dialecti pertinens, pensi non habeatur,

Macháb. IV, 57: *Et ornaverunt faciem templi coronis aureis et scutulis*, ubi Slavonica Versio postremam vocem exprimit vocabulo **шитами** casu instrumentalis multitudinis a recto singulari **шите**, **шиты**; Sed V. Bohemica proprius ad vocabuli proprietatem accepit vocabulo **pawezkami**; quod a **pawez** diminutive formatum est, et orbicularis scuti vel potius clypei 139) formam significat. Hinc Bohemi *scutum*, quod oblongum erat, appellant **шиты**; *clypeus* vero rotundus **pawez** illis dicitur, et **paweznje** miles *clypeatus*. **Луктия**, ut jam vocis proprietatem superius attigi, jaculorum, parvarumque lancearum sensu veniunt. Sed alia quoque *arma* (Ὀρθοίς Σβραῖς) Procopii aevo Slavos habuisse certa ratione deduco ex illo supra ejus loco laudato Lib. I, Cap. XXVII, dum Justiniano in Italia militarent. His enim necesse est, instructi fuerint armis, quae *sagittariis equitibus* omnino necessaria sunt: *pharetra* et *arcus*, quorum prius vocabulum Slavonice Genes. XXVII, 3. redditur **τάντα**; posterius **λόγκα**; Bohemis **taul**, et **lučíssťe**, atque **luč**, cuius nervus nobis dicitur **tetiwa**: ita sagittarii actio in antiquo *Passionali* Bohemico phrasi Slavica exprimitur 140): **lučíssťie napate držaw tie-tiwi oblewi** — **lučíssťie spustiw osłabil**. Argumento, ut equidem arbitror, idoneo non de-

139) Conferatur Niepoort laudati Compendii Sect.

V. Cap. III, §. 2. ubi de hac distinctione ita scripsit: *Scutum, quod distinguendum est a Clypeo; hic enim rotundus, illud oblongum fuit.*

140) Editionis supra pag. 27. descriptae fol. B. 2.

destituitur opinio 141) D. Anton inter antiquiora Slavorum arma reponentis *Noz'*, seu *cultrum*, licet is ex veteri usu hanc vocem significatu gladii, aut similis armorum speciei non confirmaverit. Quum tamen dicta opinio mihi videretur verisimilior, inquisivi in Interpretis Slavi modum reddendi vocabula, *gladii*, *ensis*, *mucronis* cet. variis Scripturae locis, vocesque interpretatas cum archetypo illius contuli. Licet itaque frequenter animadverterim in varietate vocum originarii contextus eum vocabulo *мечъ*, sicut Boh. Vers. idem nomen exprimit, saepius redditisse singularia *caesim* vel *punctim* contra hostem pugnandi arma; tamen exprimendo significatui *gladii*, Joann. XVIII, 10 et 11, ejusque *vaginae* has voces ille adhibuit: *ножъ въ ножницъ*. *Gladium* *ancipitem* Hebr. IV, 12, *острѣйше паче всѣхъ мечъ окоиа* *острѣа*, ubi Interpres Bohemus eodem vocabulo *meč* usus est. Fratr. Boh. *ancipitem* reddituri dualem numerum servarunt: *на обѣ странѣ острѣ*. An isto Slavi veteres jam Procopii aetate usi fuerint gladio, quem *Hispanicum* omnibus militibus Romanis communem vocat Nieuvoort de *armis* scribens, utrinque valido ictui aptum, ita ut non tantum caesim illi, sed etiam punctim pugnare possent, respondere non valeo: mature tamen usum illius noverint, ut ex simulacro *Svantoviti* colligere pos-

141) Parte I. Speciminis de moribus Slavorum. §.
9. pag. 82.

possumus a Schedio 142) descripto, qui *Saxonis Grammatici* traditionibus usus est. Heic *Svantovitus conspicuae granditatis ense* ad sinistrum femur accinctus conspicitur. Porro ad *machinas* quod attinet, in oppugnatione urbium maxime usitatas, illam a *Tarpino petrariam* nuncupatam Slavis Moraviae jam sub initium Saeculi IX. usu cognitam fuisse Dobnerus observavit 143), qui verba versionis Hagecii latinae: „At Moravi castro „eruptionem facientes ingentia in subjectos „saxa evibrant“, diligent adnotatione illustravit ex *Anonymo Calendarii Weleslavini amplificatore*: in obsidione *Carlsteinensi*, quae Saec. XV, accidit, *fundas maiores bellicas* adhibitas fuisse, quae etiam trecentarum librarum pondus ad passus ducentos et ultra propellerent. Istiusmodi machinae structaram, subdit Dobnerus, copiose ac enucleate ab *Anonymo vernacula lingua* descriptam fuisse, cuius exemplum simile cum neque apud Romanos, neque Graecos, neque Germans legatur, dignissimum laudato Dobnero visum est, descriptionem illius fideliter verbis latinis reddere; ad hunc itaque amplioris notitiae cupidus lector poterit accedere. Sed jam de Slavicis nominibus fundae ac machinarum, quibus lapides vel saxa ingentia mittebantur, praeter superius dicta, reliquas rei nostrae observationes philologicas referam. Hoc itaque armorum genus quum

142) De diis German. Cap. 11. e *Saxonis Gramm.*
Lib. XIV. Hist. Dan.

143) Ad Annum 808. Parte II. pag. 442.

quum sua originatione ad potestatem verborum ποθίαν *mitto*, παυστήν, πυστέν *missus*, *dimissus*; πράψη, *jacio* (πραστήν, υἱοδήν, *hodjim*, *hodjm*). Futura ejusdem verbi *jacio* primaria significazione); atque ad μετάνια, *jacto*, *mitto*, *metám*, omnino reducatur; ab his derivata nomina substantiva: πόλικα (olim fortassis πόλικα, πυστέλα) *pustka*, primaria significatio ne machina bellica, *ballista*, nunc tormen tum seu *bombarda*; πράμια, πράκτη, *funda*; μετ ηνικα (mettice) in compositis aequivalens Graecorum voci — βολον, ut I. Machab. VI, 51. Λιθοβολον — καμενομετηνια 144) et his similia, Graecam potius, quam Latinam originationis methodum redolent.

ACIEI SIGNORUMQUE formam, licet a veteribus rerum Slavicarum Scriptoribus memoriae proditam non invenerim; tamen idonea, maxime vocabula *Signorum*, litteralis aequae ac Bohemicae dialecti usu convenientia reperi, quae spectato contextu Hebraico *aciem ordinatam* proprie constituunt nam Cant. Cant. VI, 3 et 9, quod a Vulg. Lat. Interp. pluribus verbis redditur: *sicut castrorum acies ordinata*, hoc in Hebraico contextu, si verbum ex verbo reddatur, totum ita scriptum est; *sicut vexillatae*; ab Interpretibus Alexandrinis redditum, *sicut ordinatae*, quam Versionem Slavus in Mosq. exemplo reddidit: *такъ вчиненны*, in margine *ωπολченыи*, unde *ωπολчение* vocabulum *Aciei*

B b 2

in-

144) Conf. pag. 56. ubi reliqua duo vocabula adduxi.

instructae, castrorum positionis ortum est, ductum a nomine полку, *legio, castra*, mutatione τω κ, in υ, ante vocalem ε formae nominum in -ένιε desinentium; quemadmodum a recto casu προφόκη in vocativo dicimus προφόχε! ita quoque ab eadem voce plurimae nostre dialecti Bohemicae usu servata analogia recte potestatis ejusdem vocabulum enuntiari posset ἐπλύτην, *acies instructa*, cuius Slavonici nominis verbum ὑπολύτης, *aciem instruo*, exstat Genes. XIV, 8, ἢ ὑπολύτας προτί^βθῆχη η βράνη — et direxerunt aciem contra eos in bellum; quum enim, quantum indoles linguae Slavonicae admittit, Slavus Interpres conatus fuerit sui archetypi similior esse, ubi Graeca phrasis uno verbo exprimitur, etiam ipse unum verbum adhibuit, velut heic illud Graecorum παρεταξαντο itidem uno verbo exponens; etiam vim verbi medii, pronomine τα, Slavis aequa ac Graecis propriam, adposite reddidit. Bohemus vero Interpres exempli sui, quod reddebat, vel indoli Lectionis latinae inflectebat, ista translatione illo Genes. laudato loco dignoscitur: а спорадали wogško proti nim; et Cant. Cant. VI, 3. съкъ леzenj sporаданъ — versu 9. съкъ тaboru. — Sed major consensus vocabulorum, quibus signa militaria exprimuntur, inter Litteralem, Bohemicam et Russicam dialectum intercedit; nam vexillum Jerem. VI, 1. ita redditur: воззвыгните хоругви; Bohem. wyzdwihněte koruhew (korauhew); unde хоругви, г, in ρ, mutato, quod heic Bohemis servant dicentes korauhewmѣ, vexillifer; alio nomine Прапорщикъ, etiam Russis dicitur; Bohemis Praporečníkъ, a πραπορъ, praporec, ve-

vexillo militari. Aliis Scripturae locis signum militare redditur: *знáменїе, знáма*; idem Bohemis; exempli causa Num. II, 2, *ката γυρια, ката σημαιи, κατ' οικεи — по чину* *своемъ, по знáменїамъ, по домовмъ — po hauffjih, znamenjih, a korauhwech, a domjih* — juxta variam lectionem. Vulg. Lat. „per turmas, signa, atque vexilla, et domos — “ Ex consensu itaque verborum harum trium dialectorum appellandis militaribus *Signis* non ab heri et nudius tertius usu receptorum, sed ex temporibus antiquis, Procopii aevo proximioribus, adhucdum servatorum deduco, vexilla Slavis citius cognita fuisse usu proprio, priusquam dissitis coloniis dividarentur. Profecto *flamulis*, licet comitata Romanorum signorum forma Slavos in expugnatione *Salonae* usos fuisse satis constat; et constans illarum gestatio apud Polonus, velut Slavici moris in re militari antiquioris memoria nos, adhuc nuper heic visa Nobili Cohorte Praetoriana, edocere potuit. Dalmatae vexillum appellant *Stjegh* — ga; nec satis scio, num hocce vocabulum conveniat cum *Saxonis* 145) STANITIA praecipuo militari signo *Arconae* Slaviae inferioris celebri urbe in summa veneratione habito, quod stirpis totius vexillum fuerat, Slavica enuntiatione *Станіца*, id est *чєта*, *acies instructa* nuncupatum; sicut apud Romanos post tempora Marii totius legionis signum erat *Aquila Aurea* 146). In eundem modum signum illud

Rhe-

145) Lib. XIV.

146) Vid. Niepoort. citato loco Cap. IV, §. 2.

Rhetrae in templo erectum, ac reverenter custoditum, speciem draconis praeseferens et *Zirnitra* Slavo-Runis litterarum formis inscriptum; a Cl. Maschio formis in aes incisis editum 147) ac observationibus illustratum, testimonio esse potest, quo in honore apud Slavos fuerint signa militaria. Imo Ditemarus Merseburgensis de urbe quadam in pago Redariorum, Riedegast nomine scribens testatur, vexilla eorum semper in templis servari consuevisse, nisi ad expeditiōnem acies dirigeretur; quo casu e templo sumta peditatui praeferebantur. Haec jam confirmando signorum usui Slavico sufficient.

De CASTRIS et DISCIPLINA militari Slavorum nihil equidem Procopius Caesariensis laudato loco attulit, neque mihi ex aliis Scriptoribus, quos legere poteram, de forma castrorum certis memoriarum monimentis quidquam constat: si tamen conjectura, uti licet, fortassis itidem quadrata fuerint, sicut apud Romanos, quibus *Vallum* erat circumdate, quod constabat ex *aggere* et *sudibus* superne acutis, muniti genere palis defixis facto, cui patria voce appellando Slavi proprium et antiquissimum habent nomen *Werpörz*, de quo jam supra tantisper egi, cuius exemplum, aliorumque verborum militarium specimen Slavonica Versio cus-

to-

147) Figura 34. ad §. 220. operis inscripti: *Die gesetzdienstlichen Alterthümmer der Obotriten, aus dem Tempel zu Rhetra am Tollenzer See Berlin (1771)* 4.

todit Lucae XIX, 43: *И́кѡ прїи́дѹтъ дніе на та, и́ вѣложатъ врази твой ѿстрогъ и́ тескъ, и́ ѿи́дѹтъ та, и́ ѿи́мѹтъ та ѿсю́дь; quia venient dies in te, et circumdabunt inimici tui vallum tibi, et circum cingent te, et coangustabunt te undique.* Quam pericopam Bohemus Interpres ita reddidit: *Nebt' přigdau na tebe dnowé, a obkljčj tebe nepřátele twogi náspem, a oblehnať tebe, a ssaužj tě ze wſſeh stran.* Heic vocabulum *násp*, quo etiam Russi utuntur насыпъ, etymologice *aggerem* significat; *ѡстрогъ* vero fortassis melius ab adjectivo nomine *острый*, *acutus*, et substantivo nomine *рогъ*, *cornu*, vocibus apud omnes Slavos adhucdum usu receptis, derivatum, apta compositione, et ipsius rei constructione, *valli* Romani, quod ad substantiam attinet, naturam significat. Vallo praetendebatur *Fossa*, quae Slavis *ροβъ* dicitur, unde fortassis nomen oppidi Bohemici *Kowensko* ducum est. Modus praesentis commentationis non admittit, ut plura de re militari heic prescribere valeam, cum primis quaे ad egregia bellicae virtutis specimina pertinent, quorum Procopius Caesariensis meminit, exempli causa Lib. III, Cap. 38. in expugnatione *Toperi* Thraciae urbium maritimarum primae; quamquam nolim saevitiam expugnantium laudare, cui tamen pertinax defensio civium ferventissimo oleo et pice oppugnatores rigantium causam dedisse videtur. Ceterum de re militari Slavorum videatur Leo Sapiens in Tacticis. Superest, ut de communione unius linguae, quae Slavonica ex antiquissimis temporibus nuncupatur, anamque utriusque *Sclavenorum* et *Antarum* populo fuisse

Pro-

Procopius asseruit, ita summatim agam, ut praecipui antiquissimique hujus linguae characteres universae Slavorum genti communes, velut in tabula cognoscantur; non equidem singularibus cum aliis linguis comparationibus, sed omnium partium complexu et forma: sicut aedificia, quae materia plerumque convenient, constructione et facie differunt.

§. 5.

Communio unius linguae Slavorum ejusque antiquissimi characteres logici.

Recte Brianus Waltonus 148) scripsit, sermonem esse quasi *animae immortalis vehiculum*, quod mentis arcana ex imo pectore pandit, et orationis suadela in aliorum mentes influit; quapropter Democritus et Epicurus sermonem rationis flumen appellarunt. „Discimus vero 149) ab alio per auditum tanquam per instrumentum, et per voces tanquam per notas: est enim vox nota earum notionum, quae in anima sunt: Vocis affectiones tres; *Formatio*, *Compositio*, *Veritas*. Veritas est orationis aequatio cum re cuius est nota. Compositio est unio partium pro earum proportione. Formatio est creatio et figuratio. Itaque orationem ejusque partes duo artifices diversis modis contem-

148) Prolegom. I. in Biblia Polyglotta, numero 1.

149) Julius Caesar Scaliger de Causis linguae Latinae Lib. I. Cap. 1. et 3.

„templantur. Dialecticus sub ratione veritatis, tanquam sub fine: Grammaticus sub figurationis et compositionis modo, quam vocarunt constructionem, tanquam materiam. — cum dicimus, in *dictione* partes esse alias simplices, cuiusmodi litterae sunt, alias compositas, quales videmus syllabas: ex his judico elementis integrum vocem fieri atque coalescere.“ Sermonem, quo finem nostrum perfectius asequimur ex Uberto Follieta pag. 56, descripsi: an isti characteres linguae Slavicae, quos heic comparatione aliarum gentium sermonis in unam formam conferam, perfectioris linguae speciem habeant, aptique sint genti late per Asiam et Europam diffusae benevolus Lector judicabit. Itaque —

Slavorum sermo in simplicibus dictionum partibus, ubi diversa, a Graecorum et Latinorum linguae sonis, elementa habet, convenit partim cum Hebraeis in usu litterarum *r*, *z*, *u*, *u*, *w*; cum recentioribus Arabibus 150) et Tibetanis 151) in usu litt. *u*; eodem sono

150) Vid. Niebuhr *descript. Arab.* ubi de dialectis egit.

151) Conf. *Alphabetum Tibetanum Missionum Apostolicarum commodo editum. Praemissa disquisitione*, qua de vario *Litterarum ac regionis nomine, gentis origine, moribus ceter. dissertatur, studio et labore Fr. Augustini Antonii Georgi Eremitae Augustiniani. Romae 1762. 4. maj. pag. 582.* cui hoc elementum Italorum more dicitur *ciha*, Bayero Germanica enuntiatione *tscha*.

sono litterae * et fundamento formae ȝ utitur cum Coptis; quibusdam ex recensitis, item potestate τς ȝ utitur cum Armenis 152); cum iisdem plures litteras consonantes jungit, et complexu litt. ȝ identidem utitur; cum Tibetanis utitur *Jata*, sed ampliori usu, et hac figura ȝ, loco Tibetanorum ȝ 153); cum Hebraeis atque Syris, nec non cum Armenis creatio et figuratio nominum subinde convenit, ut suo loco pluribus exemplis demonstrare conabor, quam supra innuerim. Cum iisdem Armenis Slavonica nomina ducentur per septem casus 154). Numero duali nomina, pronomina et verba inflectunt Slavi cum Graecis, vel fortassis ex altiori aevo pro parte consuetudinis cum Hebraeis. Formatio verborum Slavonicorum quamquam differat figuraione, tamen convenit in affectionibus propriis, ut Grammatici loquuntur, verborum, et vel maxime in significatu philosophico cum laudatis quibusdam Orientibus populis, atque cum Graecis, ut alio loco, ubi ex proposito comparationem in-

sti-

152) Ut Schröderus' (Vid. supra laudatum pag. 116) exposuit in Alphabeto.

153) Quod signum diacriticum Cl. eruditissimoque P. Georgio laudati operis Parte II. Cap. XVI. videtur natum ex Syriaco *Gomal*. Sic autem (prosequitur ille) pronuncianda est littera ut *G*. Sed quia Tibetani hac littera carent, factum puto, ut sonum *G*, verterint in *J*.

154) Id est praeter alios communes cum Graecis, per casum *Instrumentalem* et *Narrativum*, quem nostri Boh. Gramm. *Localem* vocant.


stituam, dicturus sum. Quae constructio partium orationis, formaque loquendi Slavonica fuerit Procopii Caesariensis aevo, certis monumentorum exemplis destitutus omnino alseverare non possum; ducta tamen ratione ex antiquioribus Slavicae stirpis populorum MStis, et observato diversarum Coloniarum ante Procopium deductarum in forma loquendi semper majori sese prodente consensu colligo, minus turbatam fuisse partium orationis constructionem p[re] omni alia singulari parte. Sed *Accentus*, quem cum Schultensio *Regem* appello universae pronunciationis, a cuius nutu omnia sic pendent, ut si vel tantillum in eo figendo variaverit consuetudo publica alicujus gentis, et diversae et peregrinae mox appareant linguae, quae iisdem natalibus, iisdem cretae radicibus, germana consanguinitate junguntur; iste successione temporum apud Slavos subiit mutationem omnium maximam, ut Russi inter suum nostrumque sermonem nullam dialecti majorem varietatem intercedere sentiant, ac illam, quae diverso accentu inducta est. Manet nihilominus illa sonorum linguae Slavicae communium 155) recta et populari enuntiatione, ab elementis antiquissimae linguae ductus Slavonici oris character, qui observatur ab allophylis, dum latine, vel alia dialecto Slavi loquuntur. Absit verbo invidia! cur Slavonicum os, enuntiationis ratione spectata, aptius dicatur esse condiscendis variarum gentium linguis, et Sla-

155) Consensu illo in *Tabula* pag. 104. designato.

Slavi 156), cum primis Bohemi 157) Musicen natura propemodum ex antiquissimis temporibus diligent: ratio praecipua in primis atque communibus linguae Slavorum elementis, eorum duris et mollibus in enuntiando proprietatibus; maxime in mensura syllabarum sita else videtur.

156) Notior est usus citharae apud Slavos extrema Oceani Hesperii colentes temporibus Mauricii.

157) Conf. Magna veneratione digni Herois et Auctoris praeclari operis inscripti: *Erinnerung über einen wichtigen Gegenstand von einem Böhmen.* Prag. 1773. pag. 131. — 134.



SUMMARIUM

Capitum et Paragraphorum.

CAPUT I.

Slavicae originis populorum nomen commune variis rei historicae monumentis illustratur, et a servilibus notis, abusu veteris orthographiae *Sclavorum* maxime inductis, gens eorundem atque dialectus, illa cum primis vindicatur, quam litteralem vocant.

§. 1. pag.

Num Graeci et Latini oris enuntiatione, an potius consuetudine populari Slavorum nomen commune nittatur. 3

§. 2. 16

Rationum momenta pro enuntiatione populari a Bohemis patrio sermone constanter custodita.

§. 3. 19

Aliorum ejusdem Slavicae originis populorum consensus in enuntiando hoc nomine communi Slowanorum patrio idiomate scribentium.

§. 4. 24

Vis et significatus patria consuetudine prolati Slowenorum nominis.

§. 5. 28

Ingenuitas Slavorum Augg. Imperatt. Caesarr. auctoritate ac diplomatum fide comprobata.

§. 6. 33

Allophylorum nostri aevi Scriptorum illustrium, cum primis Germanorum studia, et humanitas in Slavorum nomine ab injuriis vindicando.

§. 7.

S u m m a r i u m.

§. 7.

Illae serviles notae, quibus etiam Lingua Litteralis
Slavorum a quibusdam Scriptoribus compuncta est,
ignorantiae magis et defectui Historiae Slavorum
Litterariae, quam pravae voluntati tribui possunt.

40

CAPUT II.

Specimen antiquissimorum linguae Slavicae vocabulorum ex prima hujus nominis memoria usque ad finem saeculi XI. e Graecis et Latinis scriptoribus collectorum.

§. 1.

Causae collectorum in hoc specimine vocabulorum.

67

§. 2.

Fontes et subsidia, ratio et modus speciminis antiquissimorum Slavicae linguae vocabulorum.

93

Slavo - Graeci Byzantinorum Scriptorum Alphabeti comparatio cum Cyrillicis characteribus, et analogia litterarum Bohemicarum.

104

Observationes grammaticae in quasdam Slavo-Graeci Byzantini. Scriptt. alphabeti litteras.

105

§. 3.

Specimen Slavicae linguae vocabulorum Saec. VI. usque ad dimidium IX.

114

I.

Formae nominum Slavonicorum in *an*; — *in*; *un*; et — *ina* exeuntium.

II.

Formae nominum Slavonicorum, quae in clausulis litteram TZ = ү, vel praecedentibus *e* atque *i* (ec = үң, ic = иң); vel hisce terminationibus: (-τζα) — иң (-τζи) Boh. ice comprehensam pro characteristicā habent.

153

III.

Summary.

III.

pag.

IV.

- Formae nominum compositorum ex duabus
vocibus Slavonicis, quarum posterior est
— MIR (μίρz) aut — MER (μέρz). . 169

V.

- Formae nominum in litteram *k* desinentium,
praecipue inclinamento — NIK (**ΝΙΚ**) sig-
natorum. 177

§. 4.

- An et qualis varietas institutionibus Christianis Latinorum, magis vero Graecorum Doctorum in Slavonicum sermonem inducta fuerit? 184

α.

- Graecae voces non interpretatae rejecta terminacione
Graeca inclinamento Slavorum per casus ducuntur
in Codd. Ruthenicis et Glagoliticis, cuius modi sunt: 192

3.

- Slavonice redditæ Graeci contextus vocabula significatio-
nem etymologicam frequentius expressam non
uno speciminis genere suppeditant. 195

2.

- Non solum vim ac potestatem Graecorum verborum a nostris Interpretibus redditam, verum etiam ingenium linguae Slavicae passim in reddendo servatum fuisse, exempla docent. 204

§. 5.

- Specimen vocabulorum Slavonicorum e dimidio Sac*e*,
IX. usque ad finem XI*m*i repetitorum. 211

§. 6.

S u m m a r i u m.

§. 6.

- De Slavorum vocibus Anteprocopianis, singillatim
de antiquissimo Danubii nomine JOZA, et prima
Russorum memoria in Geographia Mosis Chore-
nensis; atque vocis **Pán** consensu cum ὁ πάννον. 240

CAPUT III.

- De moribus Slavorum gentilium, ut equidem illi
linguae communis illustrandae necessarii sunt: bre-
vis commentatio celebrem Procopii Caes. locum
exponens.

- Contextus verborum Procopii. 259

§. 1.

- De divisionibus populi Slavonici, ejusque ordinibus
in populari imperio. 262

- Schema primitiae unius linguae communis genti Spo-
rorum (Serborum) atque Winidarum a Procopio
Caes. et Jordane nuncupatae, et divisae in populum. 286

§. 2.

- De originatione Legum et Consuetudinum Slavonicarum. 303

§. 3.

- De Slavorum Religione antiquiori et ritibus. 338

§. 4.

- De antiquiori disciplina Slavorum privata, et de re
militari eorundem. 351

§. 5.

- Communio unius linguae Slavorum ejusque antiquis-
mi characteres logici. 392
-

